¶ Hic determinat mixtionē nec̃ij ꝛ inesse in scđa figura:ꝛ diuidit in duas.in pma dat ꝯiugationes vles.in scđa pticulares cū dicit(Silr aūt se habebit.) In p⁹ sic pcedit.p⁹ dat regulā s̄m quā fiunt ꝯiugationes vles dicēs:ꝙ si in scđa figura vniuſlis negatiua sit de nec̃io:ꝛ ꝯclo erit de nec̃io.si auteȝ vlis affirmatiua fuerit de necessario nō ppter h̄ erit ꝯclo de nec̃io ꝛ h̄ est in secūda figura. Scđo pponit ꝯiugatiōes:ꝛ pmo vtiles.scđo inutiles. Utiles aūt ponit duas:quaꝝ p⁹ fit iuxta pmū modū ex maiore negatiua de nec̃io ꝛ minore affirmatiua de iesse:cui⁹ vtilitatē oñdit reducēdo ipsam in scđm p⁹ per ꝯuersionē maioris dicēs:ꝙ nec̃e est minorē extremitatē esse eēntialr sub medio.ꝛ h̄ est (Sic enī p⁹.) z⁹ ꝯiugatio fit iuxta scđȝ modum hñs vlem negatiuā de nec̃io ꝛ affirmatiuā de iesse c⁹ vtilitatē oñdit ꝯcludēdo ꝯuersaȝ ꝯnis in z⁹ pme ꝯuersa miore ꝛ trāspositis ppōnib⁹:ꝛ deide ꝯuertit illā ꝯneȝ vt hēat ꝯnē pmā. ꝛ h̄ est. (Silr aūt ꝛ si ad.c.) Cōsequēter ponit ꝯiugatiōes inutiles ꝛ sūt due peccātes ꝯtra ppriū pn̄m h̄.quaꝝ vna cadit iuxta pmū modū ꝛ hāc omittit.alia aūt iuxta scđȝ cui⁹ inutilitatē triplr oñdit.pmo per reductionē in primā figurā dicēs:ꝙ si maioꝛ sit vniuſlis affirmatiua de nec̃io ꝛ minoꝛ vniuſlis negatiua de inesse:inutilis est ꝯiugatio q̄tum ad ꝯnem de nec̃io:ꝯuersa enī minore ꝛ trāspositis ppōnib⁹ fit pma figura minore existēte de nec̃io:sed talis ꝯiugatio inutilis est.ꝛ h̄ est (Si autē pdicatiua.) scđo ostēdit idē per hoc ꝙ aliqd seqtur nec̃io ad ꝯnem sine quo pōt eē vera pmissa de iesse:ꝛ ita pmissa potest esse vera sine ꝯne.quare talis ꝯclo nō seqtur ex ea h̄ mō ꝯiugatio:vt h̄.de necessitate oē.b.est.a.nullum.c.est.a. ergo de necessitate nullū.c.est.b.ex ꝯuersa ꝯnis huius ꝛ ꝯuersa maioris arguit in q̄rto pme sic.de necessitate nullū.b.est.c.de necessitate aliqđ.a.est.b.ergo de necessitate aliqđ.a.nō est.c.sed ꝯuersa minoris.s.nullū.a.est c.pōt eē vera sine pticulari de nec̃io:pōt enī eē vera.ꝛ si ꝯtingat oē.a.eē.b.ꝛ si h̄ tunc ipsa minoꝛ.s.nullū.c.est.a. pōt eē vera sine dicta pticulari de nec̃io:ꝛ ita pȝ ppositū.ꝛ h̄ est(Amplius aūt si ꝯclo.) z⁹ oñdit idē p instātiā in terminis sic.de nec̃itate ois bō est aīal.nullū albū est aīal:sic ita ḡ de nec̃itate nullū albū est bō.nō seq̄t:ꝯtingit enī nullū albū sit bō dū nullū albū est aīal:nō seqtur h̄ cū mō nec̃itatis.seqtur ergo ꝯclusio de inesse:sed nō de necessitate inesse.ꝛ h̄ est (Amplius ꝛ si terminos.)

¶ Silr aūt se habebit ꝛ in particularibus syllogismis:qm̄ puatiua qdē ppositio vlis fuerit ꝛ necessaria: ꝛ ꝯclo erit necessaria. Quādo autē predicatiua vniuſlis:priuatiua ꝟo particularis nō erit ꝯclo necessaria. Si autē primū priuatiuum ꝛ vniuſle: ꝛ.a.nulli.b.ꝯtingat ex necessitate inesse.c.aūt alicui insit. Qm̄ ergo ꝯuertitur priuatiua: ꝛ.b.nulli.a. ꝯtingit ex necessitate.a. autē alicui.c.inest:q̄re ex necessitate alicui eoꝝ que sunt.c.non inerit.b. Rursum sit pdicatiua vlis ꝛ necessaria. ꝛ ponatur ad.b.qdē pdicatiuuȝ. Si ergo.a.oi.b.ex necessitate inest.c.autē alicui nō inest:qm̄ nō inerit.b.alicui.c.manifestū est:sed nō ex necessitate inest.nā idē termini erunt ad demōstrationē qui in vlibus syllogismis. Sed nec si priuatiua necessaria est particulariter sumpta erit ꝯclusio necessaria. Nam per eosdem terminos demonstratio.

¶ Cōsequēter pōit ꝯiugatiōes pticulares.ꝛ pcedit sic.h̄

dat regulā iuxta quā ꝓcedūt dicēs: ꝙ qñ vlis negatiua
ꝓpō est de necīo seqtur ꝯclō de necīo: ⁊ alr non: ex quo
seqtur ꝙ iuxta q̄rtū modū nō fit vtilis ꝯiugatio cū ibi
nō sit vlis negatiua ⁊ h̄ (Silr aūt.) scd̄o ponit ꝯiugatio
nes: ⁊ pmo vnā vtilē iuxta tertiū modū cuiꝰ vtilitatem
ondit per ꝯuersionē maioris ⁊ h̄ est (Sic aūt pᵐ.) scd̄o
ponit inutiles ⁊ sūt tres. quaꝝ vna cadit iuxta tertiū mo
dū hn̄s pticularē de necīo: ⁊ hāc omittit. due alie sūt iu
xta q̄rtū modū: qꝝ vna hȝ vlem affirmatiuā de necīo:
quā ondit tn̄ posse in ꝯclōne de iesse: ⁊ nō in ꝯclōne de
necīo: per termios eosdē qui ponebant in ꝯiugationibꝰ
vtilibꝰ ⁊ h̄ est (Rursum sit p̄dicatiua.) alia aūt hȝ pti
cularē negatiuā de necīo: qd̄ ondi pōt p eosdē termios,
verū tn̄ sciēdū ꝙ alr ordinādi sūt termini q̄ priꝰ ad ostē
sionē vtilitatis huiꝰ: oȝ eni hō eē mediū. ⁊ albū maior
extremitas. ⁊ aial mior: sic. oē albūm est hō. de necītate
qddā aial nō est hō: sed nō seqtur de necītate qddā aial
nō est albū. ⁊ h̄ est (Sed nō si p̄uatiua.) ¶ Dubitabit
hic forte aliqs: qꝛ videt̄ eē istātia ꝯ ꝯiugationes vtiles
vbicūqꝫ illa de incē nō est de inesse simplr: vt ꝯ pᵐ mo
dū sic. de necītate nll's hō est lapis. oē albū est lapis: sic
ita. ex his nō seq̄t ꝯclō de necīo. Et dōm ꝙ sylli huiꝰ fi
gure descēdūt a 2ᵒ pme ⁊ in illū reducunt̄. vn̄ vlis nega
tiua in ista figꝰ hȝ eādē potētiā quā ⁊ in pma: qꝛ descēdit
ab ea ⁊ in eā reducit̄: sȝ vlis negatiua in pᵃ figura est ma
ior: que appropriat sibi affirmatiuā: vt sit de icē simplr:
⁊ nō vt nūc vt priꝰ dcm̄ est: q̄re ⁊ vlis negatiua in hac 2ᵃ
figura que est in potētia vt fiat maior: in pma eādē hēt
poᵉᵐ vt appropriet sibi affirmatiuā: ita vt oporteat illas
sumi de incē simplr: ⁊ nō vt nūc: q̄re oīs istātia sophisti
ca est: que fit ꝯ ꝯiugatiōes vtiles huiꝰ figure illa de iesse
existe de icē vt nūc: silr posset eē oppō ꝯ alias vtiles ꝯiu
gatiōes: ⁊ silis est solo. ⁊ nota ꝙ ex his manifesta est cā
huiꝰ pncipij ꝙ vlis negatiua sit de necīo in ista figura.

Dubiū **Cōsequenter** forte dubitabit de ꝯiugationibꝰ
inutilibꝰ: videt̄ enim posse ꝓbari
ꝯiugatio q̄ reputat̄ inutilis iux̄ pᵐ modū per ipōle sic. nul
lū. b. est. a. de necītate oē. c. est. a. ḡ de necītate nullū. c. est
b. si nō: det̄ oppositū. s. nō de necītate nullū. c. est. b. que
eqpollet isti. contingit aliqd̄. c. esse. b. fiat ḡ argᵐ ex hac ⁊
maiore sic. nullū. b. est. a. ꝯtingit aliqd̄. c. esse. b. ḡ ꝯtigit
aliqd̄. c. nō eē. a. h̄ seqtur per mixtionē ꝯtingētis ⁊ incē:
2ᵐ sȝ h̄ nō pōt stare cū miore. ¶ Adhuc ponat̄ incē illa de
ꝯtingēti que opponit̄ ꝯclōni: ⁊ fiat argᵐ ex vtraqꝫ de in
eē sic. nullū. b. est. a. aliqd̄ c. est. b. ḡ aliqd̄. c. non est. a. qd̄
Ad pᵐ nō stat cū miori. ¶ Et dōȝ ꝙ ꝯiugatio inutilis est. Rn̄dē
dū aūt ad pᵐ ꝙ mixtio de ꝯtingēti ⁊ incē inutilis est nisi
illa de iesse sit de iesse simplr: sic patebit ifra. nihil autē
ꝓhibet in p̄dicto syllogismo ꝓpōnē illā de incē eē de i
esse vt nūc. ꝯiugatio eni qua vlr ꝓbat̄ affirmatiua non
hēt ptātē sibi appropriādi negatiuā: ⁊ iō ꝓpō de incē ac
cepta in ea potuit esse de incē vt nūc: cū iā accepta est in
mixtione de ꝯtingēti: ⁊ ita oppō illa nulla: adhuc in mix
tione ꝯtigētis ⁊ incē accipit̄ illa de ꝯtingēti fm̄ ꝙ ꝯtin
gēs pōt eē ⁊ nō eē. ꝯtingēs aūt qd̄ eqpollet negatiue de
necīo est ꝯtingēs cōe p possibili: ⁊ ita sua ꝓbatio nulla.
Ad 2ᵐ ¶ Ad scd̄ȝ dōm ꝙ cū ponit oppositū ꝯclōnis iesse plus
accipit q̄ oppositū ꝯclōnis: oppositū enim ꝯclōnis fuit
tātū illa de ꝯtingēti quā cū ponit inesse plus accipit q̄
oppositū ꝯclōnis: ⁊ nō ꝓbat ꝯclōnem de necīo seq: sed
ꝯclōnē de incē cuius oppositū sumit. Silis pōt eē obie
ctio de ꝯiugatiōe inutili iuxta 3ᵐ modū ⁊ silis est solo.

Dubiū **Cōsequenter** forte dubitabit̄ 4ᵒ mō. videt̄ eni
esse vtilis ꝯiugatio in eo: maiore
existe de necīo sic. de necītate oē. b. est. a. aliqd̄. c. nō est
a. ergo de necessitate aliqd̄. c. nō est. b. si nō seqtur stabit
oppositū. s. nō de necītate aliqd̄. c. nō est. b. ex qua posita
incē cū eqpollent isti de ꝯtingēti: ꝯtigit oē. c. nō est. b. ⁊ ex
maiore: seqtur oppositū minoris sic: de necītate oē. b. est
a. oē. c. est. b. ḡ de necītate oē. c. est. a. per mixtionē necīj
⁊ incē in pma figura. Et dōm ꝙ cuȝ ponit oppᵐ ꝯclōnis
incē nō ꝓbat sequi ꝯnem de necīo: qꝛ plus sumit q̄ eius
oppositū: sed ostēdit ꝯclōnē de inesse sequi: cuiꝰ opposi
tum sumit: silis est oppositio ⁊ solo iuxta scd̄m modū.

Adhuc forte dubitaret aliqs circa q̄rtū modū
ꝙ videt̄ eē ꝯiugatio vtilis cū par Dubiū
ticularis negatiua est de necīo sic. oē. b. est. a. de necītate
quoddā. c. nō est. a. ergo de necītate quoddā. c. nō est. b.
si nō seqtur: oppositū stabit: que ꝯuertit̄ isti. ꝯtingit oē
c. esse. b. ex qua ⁊ maiore ꝯcludi pōt oppositū minoris p
mixtionē ꝯtingētis ⁊ incē sic: oē. b. est. a. ꝯtingit oē. c. eē
b. ergo ꝯtigit oē. c. eē. a. ¶ Adhuc per expōnē pōt idem 2ᵒ
ostēdi sic. sub. c. accipiat̄ pticulare. c. a quo vlr necīo re
moueat̄. a. ⁊ sit. illud. n. syllogiȝet̄ ḡ sic per expōnem. oē
b. est. a. de necītate nullū. n. est. a. ḡ de necītate nullū. n.
est. b. q̄re cū. n. sit aliqd̄. c. pȝ ꝙ de necītate aliqd̄. c. nō est
b. ⁊ sic videt̄ cū syllogismus fiat in scd̄o scd̄e vli vacua
existe de necīo ꝙ oporteat illā de iesse eē de incē simplr
⁊ sic. necē est ꝯiugationē vtilē esse. ¶ Adhuc pōt ideȝ 3ᵒ
ostēdi illa de ꝯtingēti que ꝯuertit̄ cū opposita ꝯclōnis
posita iesse: ex illa eni ⁊ maiore seqtur ꝯclō de iesse repu
gnās minori: sic per se pȝ. Et dicēdum ꝙ dicta ꝯiugatio
est inutilis. ¶ Ad pᵐ obm̄ rn̄det̄ ꝙ illa de iesse pōt eē de Ad pᵐ
inesse vt nūc: qꝛ in hac figura nō pōt pticularis sibi ap
propriare vlem nec affirmatiua negatiuā: in mixtione
aūt ꝯtingētis ⁊ incē opꝫ accipi incē simplr: adhuc in illa
mixtiōe accipit̄ ꝯting s qd̄ se hēt ad eē ⁊ nō eē: sȝ sic nō
accipit̄ h̄ in illa que ꝯuertit̄ cū opposito ꝯclōnis. ¶ Ad Ad 2ᵐ
scd̄m dōm ꝙ lȝ sylꝰ expositorius fiat in scd̄o scd̄e vli
negatiua existe de necīo: nihil tn̄ ꝓhibet illaȝ de inesse
sumi vt nūc: vn̄ sicut ibi nō potuit particularis appro
priare sibi vlem affirmatiuā: sic nec vlis accepta sub illo
particulari pōt: ⁊ ideo in vtroqꝫ pōt illa de incē esse vt
nūc: ⁊ pōt h̄ patere per exēplū sic. oē albuȝ est hō. de ne
cessitate quoddā aial nō est hō. ergo ⁊c. deinde sub aiali
accipiat̄ asinus a quo vniulr ⁊ necīo remouet̄ hō: ⁊ fiet
tūc syllogismus in scd̄o scd̄e: sed manebit maior de in
esse vt nūc: ⁊ ideo ꝯiugatio inutilis sic. oē albū est hō: de
necītate nullus asinus est hō. ¶ Ad tertiuȝ pȝ rn̄sio per Ad 3ᵐ
prius habita. ¶ Consequenter forte queret̄ numerus ⁊
sufficiētia vtiliuȝ ꝯiugationū huiꝰ figure. Et dicēdū ꝙ
supponēda sunt cōia pncipia ⁊ duo propria scd̄e figure
vbicūqꝫ ipsa sit. Adhuc supponendū est h̄ ꝙ vlis negati
ua sit de necīo: cuius ratio pȝ ex supradictis qbus suppo
sitis fiant cōbinationes fm̄ ꝙ dcm̄ est circa primā figu
raȝ ⁊ numerent̄. xxxi. ꝯiugationes: sed tn̄ tres vtiules:
alie aūt. s. 29. peccabūt ꝯtra aliqd̄ pncipiū: ⁊ ideo inuti
les sūt. Et nota ꝙ nō enumerat hic oēs ꝯiugationes: sed
tn̄ quasdam peccātes ꝯtra ꝓpriuȝ pncipiū huius mix
tionis in hac figura: qꝛ alie patēt ex precedentibus.

IN postrema aūt figura terminis quā
dē vlibus ad mediuȝ ⁊ predicatiuis
vtrisqꝫ ꝓpōnibus si vtralibet ꝓposi
tio est necessaria ⁊ ꝯclusio erit neces
saria. Si autē hec qdem sit priuatiua: illa vero
predicatiua: qñ priuatiua quidē fuerit necessa
ria: ⁊ ꝯclusio erit necessaria. Quādo aūt predi
catiua: nō erit ꝯclusio necessaria. Sint eni pri

mum vtreqꝫ

tinum vtreq̄ p̄dicatiue ꝓpositiones: τ.a. τ.b. oi.c.insit.necessaria aūt sit.a.c.Qm̄ ergo.b.oi c.inest: τ.c.alicui.b.inerit:eo q̄ ꝯuertit vlis in particularē:quare si.a.omni.c.inest ex necessitate: τ.c.alicui.b. τ.a.alicui.b.necesse est ineē. nam.b.sub.c.est.fit ergo prima figura rursuꝫ. Silr autē ostēdet̄ τ si b.c.est necessaria.Con uertit̄ enim τ.c.alicui.a.quare si.a.c. inest.b. ex necessitate: τ.a.alicui.b.inest ex necessitate. Rursum sit.a.c.quidē priuatiua.b.c. aūt p̄dicatiua.necessaria autē sit priuatiua. Qm̄ ergo ꝯuertitur.c.alicui.b.a.aūt nulli.c.ex necessitate:neq̄.a.alicui.b.ex necessitate inerit. Nam b.sub.c.est.Si aūt p̄dicatiua sit necessaria:nō erit ꝯclusio necessaria.Sit eniꝫ.b.c. p̄dicatiua τ necessaria.a.c.aūt priuatiua τ nō necessaria. Qm̄ ergo ꝯuertit̄ affirmatiua inerit τ.c.alicui b.ex necessitate.Quare si.a.quidem nulli eoꝝ que sunt.c.inest.c.aūt alicui eoꝝ que sunt.b.a. alicui eoꝝ que sunt.b.nō inerit:sed nō ex necessitate:ostēsuꝫ est eniꝫ in prima figura:qm̄ priuatiua ꝓpōne nō necessaria:nec ꝯclō erit necessaria. Amplius τ si per termios sit manifestū. Sit.a.bonū.b.quidē aial.c.aūt equus.ergo bonum quidē ꝯtingit nulli equo inesse:aial ꝟo necesse est oi inesse:sed nō necesse est aial non esse bonū siquidē ꝯtingit oi eē bonū:aut si nō hoc possibile:sed vigilare vel dormire termios ponēdum: oē enim aial susceptibile est horum. Si igitur vniulr termini ad medium sint dictum est quando conclusio erit necessaria.

¶ Hic determiat hic mixtionē in 3ª figura τ diuidit̄ in duas.in p° determiat eā.in 2° cū dicit (Manifestū igit̄ qm̄ eē.) ꝯcludit correlaria ex p̄dictis.p° determiat ꝯiugationes vles.in 2° pticulares cū dicit (Si aūt h̄ qdem vlr.) in p̄ma sic ꝓcedit.p° dat regulā ſm quā ꝓcedunt ꝯiugationes dicēs:q̄ si vtraq̄ fuerit vlis in 3ª figura τ affirmatiua vtralibet nec̄ia: τ si altera fuerit negatiua τ nec̄ia:seq̄t̄ ꝯclō de nec̄io alr nō.τ h̄ est (In postrema) scdo ponit ꝯiugationes.τ p° vtiles.2° inutiles.vtiles autē sunt tres:q̄ꝝ due sūt iuxta p̄mū modū.3ª ꝟo iuxta scdꝫ. duaꝝ aūt iuxta p̄mū.p° hēt maiorē de nec̄io τ minorē de inesse cui° vtilitatē ondit per ꝯuersionē minoris dicēs:q̄ nec̄e est minorē extremitatē eēntialr eē sub medio.τ h̄ est (Sint vtreq̄ eni.) 3ª ꝟo hēt minorē de nec̄io τ maiorē de ineē cui° vtilitatē ondit ꝯcludēdo ꝯuersaꝫ ꝯnis in 3ª p̄me maiore ꝯuersa τ transpositis ꝓpōnib°.τ h̄ est (Silr aūt.) τ nota q̄ vlr in hac figura:qn̄ minor est de nec̄io est ꝯiugatio vtilis:opꝫ enim reductionē facere ꝯuertēdo maiorē τ trāsponēdo ꝓpōnes: τ ꝯcludet̄ tunc ꝯuersa ꝯnis prius habita in 3ª p̄me.Consequenter ponit ꝯiugationē vtilē iuxta 2m modū hn̄tem vlem negatiuā de nec̄io:cuius vtilitatē ostēdit per ꝯuersionē minoris dicēs:q̄ opꝫ minorē extremitatē eē eēntialr sub medio. τ h̄ est (Rursum sit.a.c.) Cōsequēter ponit ꝯiugationē inutilē iuxta 2m modū hn̄tē vlem affirmatiuā de nec̄io: τ vlem negatiuā de ineē:cuius inutilitatē ondit duplr. primo per reductionē in p̄mā figurā:ꝯuersa eni minore fit p̄ma figura maiore existe de ineē:sed talis ꝯiugatio fuit ibi inutilis.τ h̄ est (Si aūt p̄dicatiua.) sed lꝫ nō possit in ꝯnem de nec̄io:pōt tn̄ in ꝯnez de ineē.2° ondit idē per instātiam in termis sic.nullus equus est bonus. ois equus de nec̄itate est aial:nō tn̄ seq̄tur q̄ nec̄iuꝫ sit aliqd aial nō esse bonū:q2 ꝯtingit oē aial bonū esse: τ q2 est equocatio de hoc nole bonū:pōt eni p̄dicare bonū nāle vel bonū morale.τ si naturale sic ꝯtingit oē aial bonum esse.si morale sic nō ꝯtigit oē aial bonū esse:ideo docet accipe pro maiori termino vigilare vel dormire τ non erit tūc dubitatio in termis.τ h̄ est (Ampli° τ si per terminos.) Deīde epilogat.τ h̄ est (Si ergo termini.)

¶ Si aūt hec qdē vlis:ille ꝟo pticularis p̄dicatiuus aūt vtreq̄. Qn̄ vlis fuerit necessari°. τ ꝯclō erit nec̄ia. Demr̄atio aūt eadē que τ pri° ꝯuertit̄ eniꝫ pticularis affirmatiua. Si ḡ nec̄e est.b.oi.c.ineē.a.autē sub.c.est:nec̄e est.b.alicui.a.ineē.Si aūt.b.alicui.a. τ.a.alicui.b.ineē necessariū est.ꝯuertit̄ eni.Silr aūt τ si.a.c.sit necessaria vlis:nā.b.sub.c.est. Si aūt pticularis sit nec̄ia nō erit ꝯclō nec̄ia. Sit.n.b.c.pticularis τ necessaria.a.aūt isit oi.c.nō tn̄ ex nec̄itate.Cōuersa ḡ.b.c.prima figura fit. τ vlis ꝓpō nō necessaria:pticularis aūt necessaria.Qn̄ aūt sic se hn̄t ꝓpōnes:non erit ꝯclō necessaria:q̄re nec i his.Ampli° aūt ex termis his manifestū. Sit eniꝫ.a.vigilare.b.aūt bipes.in quo aūt.c. aial.ergo.b.alicui.c.nec̄e est inesse.a.aūt ꝯtingit.c.oi: τ.a.nō necessario.b.nō eni necesse est aliquem bipedē vigilare vel dormire.Similr autem τ per eosdē terminos ostendetur: τ si a.c.sit particularis τ necessaria.

¶ Cōsequēter determiat ꝯiugationes pticulares.τ p° affirmatiuas.2° negatiuas cū dicit (Si aūt h̄ qdē.) in p° sic ꝓcedit.p° dat regulā ſm quā fiūt ꝯiugationes dicēs: q̄ si altera ꝓpositionū fuerit vlis: τ altera pticularis τ vtraq̄ affirmatiua:qn̄ vlis est de nec̄io: τ ꝯclusio erit de nec̄io.τ h̄ demōstrat̄ sicut in modis p̄babitis. τ hoc est (Si aūt h̄ qdē vlis.) scdo dat ꝯiugatiōes.τ p° vtiles.2° inutiles.vtiles aūt sunt due.vna iuxta 3m modū:cuius vtilitatē ondit ꝯcludēdo ꝯuersam ꝯnis:in 3ª p̄me maiore ꝯuersa τ trāspositis ꝓpōnibus: τ dicit q̄ nec̄e est minorē extremitatē esse eēntialr sub medio:deinde ꝯuertit ꝯnez vt habeat̄ p̄ma ꝯclusio.τ h̄ est (Cōuertit̄ eni.) τ nota q̄ nō disponit ꝯiugationē: sed q̄si formata esset docet eā reducere.alia aūt ꝯiugatio fit iuxta 4m modū cuius vtilitas ondi debet per ꝯuersionē minoris.τ h̄ significat ibi (Silr aūt τ si.) Cōsequēter ponit inutiles τ sunt due.quaꝝ vna fit iuxta 4m modū pticulari existēte de nec̄io.2ª ꝟo fit iuxta 3m modū.p̄mo ergo ponit illā que est iuxta quartū modū dicēs.q̄ si maior sit vlis affirmatiua de ineē τ minor particularis affirmatiua de nec̄io:nō seq̄tur ꝯclusio pticularis de nec̄io:vt si oē.c.est a.aliqd.c.de nec̄itate est.b.non seq̄tur q̄ aliqd.b. de necessitate sit a.τ h̄ est (Si aūt particularis est nec̄ia.) 2° ondit eius inutilitatē:τ hoc duplr.p̄mo per ꝯuersiones reducēdo in primam figurā ꝯuersa minore de nec̄io:fit tertius modus p̄me figure minore pticulari existēte de nec̄io: τ maiore de inesse:sic autem in prima figura non

ſequebaẜ ↄcluſio de neccio: q̃re ſilr ⁊ h̄ nõ ſeqtur. ⁊ h̄ eſt (Cõuerſa ḡ. b. c.) ſcḋo oñdit per iſtantiã in termis ſic: oē aial eſt vigilãs ſit ita: quoddã aial de neccitate eſt bipes: nõ tñ ſeqẜ ꝙ aliqḋ bipes de neccitate ſit vigilãs. ⁊ h̄ eſt (Ampliꝰ aũt ex termis.) Cõſequẽter ponit ſcḋaꝫ ↄiugationẽ inutilẽ iuxta 3ᵐ modũ pticulare exñte de neccio: cuiꝰ inutilitas oñdi põt: ſic ⁊ pcedẽtis. ⁊ h̄ ē (Silr ãt ⁊ p.)

¶ Si aũt hic q̃dẽ terminoꝝ ſit pdicatiuus: ille vero priuatiuus: qñ vlis q̃dẽ fuerit priuatiua ⁊ neceſſaria ↄclõ erit neceſſaria. Si enim. a. nulli c. ↄtingit. b. aũt alicui. c. ieſt: neceſſe eſt. a. alicui b. nõ ineſſe. Qñ aũt affirmatiua q̃deꝫ poniẜ neceſſaria vel vlis vel particularis vel priuatiua particularis: nõ erit ↄclõ neceſſaria. Nã alia q̃deꝫ eadẽ que in priorib9 dicemꝰ. Termini vero cũ vlis affirmatiua eſt neceſſaria. vigilatio aial hõ. mediũ hõ cum partu. cũ particularis aũt pdicatiua neceſſaria: vigilatio aial hõ: aial enĩ necẽ eſt alicui albo ineſſe. vigilatio aũt ↄtingit nulli: ⁊ nõ neceſſe eſt alicui aiali nõ ineſſe vigilationẽ. Qñ aũtẽ particularis fuerit priuatiua neceſſaria. bipes moueri animal.

¶ Cõſequẽter ponit ↄiugatiões pticulares negatiuas. ⁊ p̄ vnã vtilem iuxta 6ᵐ modũ que hẽt vlem negatiuã de neccio: cuiꝰ vtilitas oñdi põt p ↄuerſionẽ minoris. ⁊ h̄ eſt (Si aũt h̄ q̃dẽ terminoꝝ.) 2ᵒ ponit inutiles ⁊ ſunt tres. due iuxta 5ᵐ modũ: ⁊ 3ᵃ iuxta ſextũ. q̃uocũ q̃ꝫ enĩ fiat cũ illa de neccio non ſit vlis negatiua eſt inutilis ↄiugatio. circa illas ſic pcedit. pmo dicit ꝙ oẽs iſte tres ſunt inutiles. ſ. cũ pticularis affirmatiua eſt de neccio q̃tuꝫ ad 6ᵐ modũ: ⁊ cũ vlis affirmatiua eſt de neccio: ⁊ cũ pticularis negatiua eſt de neccio q̃tum ad q̃ntũ modũ. ⁊ inutilitatem eaꝝ ↄtingit oñdere per terminos alios a pdictis aſſũptos ad inſtãtiam. ⁊ h̄ eſt (Qñ aũtẽ affirmatiua.) ſcḋo ponit terminos ad inſtãtiã ſeparatim per oẽs tres ↄiugationes. ⁊ h̄ eſt (Termini aũt cum vniulis.)

¶ Manifeſtũ igitur qm̃ ineſſe q̃dẽ nõ eſt ſyllogiſmus ſi vtreq̃ꝫ ppõnes nõ ſunt in eo ꝙ eſt ineſſe. neceſſariũ vero eſt ⁊ altera ſola neceſſaria. In vtriſq̃ꝫ aũt affirmatiuis ⁊ priuatiuis exiſtẽtibus ſyllogiſmis neceſſe eſt alterã ppoſitionẽ eſſe ſimilẽ ↄcluſioni. Dico aũt ſimileꝫ ſi ineſſe quidẽ que incẽ ſignificat: ſi aũt neceſſaria neceſſariũ. Quare ⁊ hoc palam: qm̃ non erit ↄcluſio neq̃ꝫ que ineſſe: neq̃ꝫ neceſſaria: non ſũpta vel neceſſaria: vel que ineſſe ſignata ppõne. Igiẜ de neceſſario q̃ũo ſit: ⁊ quam dr̃iam habet ad ineſſe ſufficienter pene dictum eſt.

¶ Cõſequẽter ↄcludit quedã correlaria ex pbabitis ⁊ pcedit ſic. p̄ ↄcludit ex pdictis ꝙ non ſeqtur ↄclõ de incẽ q̃ñ vtraq̃ꝫ ppõnũ nõ eſt de incẽ: ſeqẜ aũt ↄclõ de neccio ⁊ altera ⁊ vtraq̃ꝫ exñte de neccio: ⁊ h̄ eſt (Manifeſtũ igitur.) 2ᵒ dat cãm huiꝰ dicẽs: ꝙ h̄ eſt: q2 opꝫ alterã pmiſſarũ ſemp aſſimilari ↄñi: ita ꝙ ſi ↄclõ ſit de incẽ ⁊ vna vel altera pmiſſaꝝ eſt talis. ſi ↄclõ ſit de neccio: ⁊ alia pmiſſaꝝ erit talis: ⁊ h̄ eſt (In vtriſq̃ꝫ ãt.) 3ᵒ ex h̄ iferẜ ꝙ nõ ſeqẜ ↄclõ de incẽ vel de neccio niſi accipiaẜ ppõ de incẽ vel de neccio ſilis. ſ. ↄñi: ⁊ h̄ eſt (Quare h̄ palam.) ↄſiter

epilogat dicta de ſyllogiſmo de neccio: ⁊ dicẽ ibi (Fere.) q2 nõdũ habeẜ plena cognitio ſyllogiſmi de neccio: anq̃ cõpareẜ neccium ad ↄtingẽs: ⁊ h̄ eſt (ḡ de neceſſario.)

Dubitaẜ h̄ p̄ de modis vtilibꝰ: q2 5 ↄiugationes vtiles eſt h̄ iſtare: ſic ſupius: ſi illa de icẽ accipiaẜ vt nũc. vbi gr̃a. circa pᵐ modũ ſic: de neccitate ois hõ eſt aial: ois hõ ſedet: ſit ita. ⁊ nõ ſeqẜ ꝙ de neccitate aliqḋ ſedẽs ſit aial. eodẽ mõ eſt iſtare ↄtra 2ᵐ modũ ⁊ 3ᵐ vtilẽ: ſic. de neccitate nullus hõ eſt lapis. ois hõ eſt albus: ⁊ nõ ſeqtur ꝙ de neccitate aliqḋ albũ nõ ſit lapis. Et dõm ꝙ modi affirmatiui huiꝰ figure deſcẽdunt a 3ᵒ pme vbi maior eſt vlis affirmatiua: reducunẜ etiaꝫ in pmã figurã: ita ꝙ quecũq̃ꝫ fuerit vlis affirmatiua h̄ in modis affirmatiuis põis eſt vt fiat maior in 3ᵒ prime: vñ ſic vlis affirmatiua que eſt ibi maior appropriat ſibi reliquã ppõnẽ: ita ꝙ opꝫ eã ſumi de incẽ ſimplr: cũ ipa vlis maior ſit de neccio: ſic in pcedentibus dcm̃ eſt. ſic ⁊ vlis affirmatiua in modis affirmatiuis huiꝰ figure appropriat ſibi reliquã ⁊ ↄuerſaꝫ eiꝰ: ita ꝙ necẽ eſt ipſam eẽ de incẽ ſimplr: ⁊ h̄ dico vlis affirmatiua eſt de neccio. ⁊ h̄ ſignificat Ar. frequẽter in lr̃a dicẽs: ꝙ necẽ eſt minorẽ extremitatẽ eẽ ſub medio eẽntialr: in ↄuerſa ppõnis de incẽ. ſilr dico de modis negatiuis. ſ. ꝙ deſcẽdũt a 4ᵒ pᵉ: ⁊ in ipꝫ reducunẜ vbi maior eſt vlis negatiua: que cũ ſit de neccio appropriat ſibi miorẽ ſ3 modũ ſupradictũ; q̃re ſilr vlis negatiua in modis negatiuis huiꝰ figure: que eſt põis vt fiat maior in pᵃ figura: appropriat ſibi alterã ppõnẽ ⁊ ↄuerſaꝫ eiꝰ. ⁊ h̄ ſilr ſignificat Ar. in textu: ſicut in modis affirmatiuis: ⁊ põt ſola vlis negatiua hr̃e hãc ꝑtãtẽ in modis negatiuis huiꝰ figure: q2 h̄ ſola põt fieri maior in pᵃ figᵃ ⁊ in 4ᵒ mõ. pꝫ ḡ ꝙ oẽs iſtantie oppoſite ſũt que ſtrũẜ 5 vtiles ↄiugatiões huiꝰ figure illa de icẽ exñte vt nũc: ⁊ nõ ſimplr. ex his ḡ manifeſtũ ẽ ꝙ duo ſũt pñᵒ ſupponẽda in mixtiõe huiꝰ figᵉ. vnũ q̃tũ ad modos affirmatiuos. ſ. ꝙ vlis affirmatiua ſit de neceſſario. aliud q̃tuꝫ ad negatiuos. ſ. ꝙ vlis negatiua ſit de neceſſario: ⁊ patet neceſſitas coꝝ ex iam dictis. Dub'

Cõſequenter põt dubitari de ↄiugatione inutili iuxta 2ᵐ modũ. põt enim oñdi ꝙ ſit vtilis per oppoſitũ ↄñis: qḋ eſt de ↄtingẽti poſitũ incẽ: ⁊ per minorẽ ppõnẽ. ex his enĩ ſeqtur repugnans maiori per mixtionẽ neccꝫ ⁊ incẽ ad minus ſeqtur ↄclõ de incẽ repugnãs maiori de incẽ. Sed iſtud ſolutũ eſt in pcedẽtibꝰ: q2 talis pbatio nõ põt in plus niſi ꝙ ſeq̃tur ↄclõ de incẽ. ¶ Poſſet etiã h̄ dubitari de q̃nto huiꝰ eaſdẽ dubitationes ⁊ eodẽ mõ quo dubitatũ eſt circa 4ᵐ ſcḋe: ⁊ ſilr ſolui hñt dubitationes: ⁊ ideo ptermitto. Dubiũ

Alterius forte dubitaret aliq̃s de poſitiõe terminoꝝ in fine capli 5 ↄiugationẽ inutilẽ iuxᵃ 6ᵐ modũ. facit enim ibi talẽ inſtãtiã. nullũ albũ vigilat qḋdã albũ de neccitate eſt aial: nõ tñ qḋdã aial de neccitate nõ vigilat. h̄ igiẜ reputat hãc bonã de neccio: qḋdã albũ eſt aial: cũ tñ in 2ᵃ figura dixerit ꝙ ↄtigit aial nulli albo incẽ. Dubiũ

¶ Adhuc illa ppõ eſt vera de neccio. qḋdã albũ de neccitate eſt aial. Et dõm ꝙ diſtigui põt de hac dictione albuꝫ: ꝙ põt ſtare pmo ⁊ pncipalr pro q̃litate ſignificata: ⁊ ſic veꝝ eſt qḋ dicit in 2ᵃ figura. ſ. ↄtigit aial nulli albo incẽ. vel põt ſtare pncipalr pro ſubã que ſubeſt tali q̃litati: ⁊ ſic veꝝ eſt qḋ h̄ dicit. ſ. neceſſe eſt aliqḋ albuꝫ eſſe aial: ſicut cignum. ¶ Et ſic pꝫ rñſio ad pmũ. ¶ Ad 2ᵐ dicẽduꝫ ꝙ talis ppoſitio nõ eſt vere de neccio: ſed magis per accidẽs: ſicut patet ex diſtinctione dicta ⁊ potuit melius exẽplificauiſſe ſicut prius. nullum aial eſt albũ. de neceſſitate quoddã aial eſt hõ: non tñ ſequitur ꝙ de neceſſitate ſit aliquis homo albus. 2ᵐ Ad pᵐ Ad 2ᵐ

¶ Conſequenter

Dubiũ **Cõſequēter** ꝗret aliqs de ſufficiētia vtiliũ ꝯiugationũ in hac figura. ⁊ dōꝫ ꝙ ſupponēda ſunt p̄n°cõia ⁊ illud ꝓpriũ qd̃ ꝯſeqt̃ur tertiã figurã vbicũqꝫ ſit. ſ. ꝙ minor ſit affirmatiua. ꝓterea ſupponēdũ eſt quo ad affirmatiuos modos ꝙ vlis affirmatiua ſit de nec̃io. ⁊ q̃ ad negatiuos ꝙ vlis negatiua ſit de nec̃io: qb⁹ ſuppoſitis pꝫ ꝑ cõbinationes ꝙ ſex ſũt vtiles ꝯiugatiões: ⁊. 36. inutiles peccãtes ꝯ̃ aliqd̃ p̄n^m. cã aũt p̄n-
p° cipioꝝ manifeſta ex dictis. ¶ Ultimo vͦ dubitabit aliqs de eo qd̃ dic̃ in correlario ꝙ nõ ſeqt̃ur ꝯclo de ineẽ: cũ vtreqꝫ ꝓpões nõ ſũt de ineẽ: cũ tñ in p̄cedētib⁹ dixerit pluries ꝯ̃nẽ de ineẽ ſeq̃ qñ neutra p̄miſſaꝝ eſt de ineẽ. vtreqꝫ eñi nõ idẽ eſt qd̃ neutra: ſꝫ ꝯ̃ h̄ ex duab⁹ de nec̃io
2° ſeqt̃ur ꝯclo de ineẽ: ſic pꝫ ex p̄dictis. ¶ Adhuc oñdẽ, inferi⁹ i mixtiõe ꝯtigētis ⁊ nec̃ij ꝙ aliqñ ex vna de nec̃io ⁊ altera de ꝯtigēti ſeqt̃ur ꝯclo de ineẽ: ⁊ ita põt ſeq̃ ꝯclo de ineẽ q̃uis neutra p̄miſſaꝝ ſit de ineẽ: ⁊ ita nõ eſt nec̃e
Ad p^m ſemꝑ alterã p̄miſſaꝝ aſſimilari ꝯ̃ni. cui⁹ opp^m dic̃. ¶ Ad p^m dōꝫ ꝙ ipe loq̃t̃ h̄ de ꝯ̃ne que p̄ ſeq̃t̃ aliq̃s p̄miſſas. illa aũt de ineẽ que ſeq̃t̃ ad duas de nec̃io nõ ſeq̃t̃ ad eas
Ad 2^m p̄: ſꝫ ex ꝯñti ⁊ mediãte ꝯ̃ne de nec̃io. ¶ Ad 2^m dōꝫ ꝙ qñ vna p̄miſſaꝝ eſt de nec̃io: ⁊ altera de ꝯtigēti: ⁊ ꝯclo de ineẽ adhuc aſſimilat̃ altera p̄miſſaꝝ ꝯ̃ni: ſic̃ eñi in ꝯ̃ne ſignat̃ actualis inherētia p̄dicati ad ſubꝫ: ita in illa p̄miſſa que eſt de nec̃io: ⁊ ita aſſimilat̃ adiuicẽ in actuali inherētia p̄dicati: ⁊ ita i eo qd̃ eſt ineẽ aſſilat̃. vl põt dici ꝙ h̄ qd̃ dic̃ h̄ ſemꝑ vnã p̄miſſaꝝ aſſilari ꝯ̃ni nõ reſpic̃ niſi determiata i p̄cedētib⁹. oppõ ãt eſt de hiſq̃ ꝯñr determinãt.

De ꝯtingente aũt poſt hoc dicemus. Qñ ⁊ quõ ⁊ per que erit ſylls. Dico aũt ꝯtingere ⁊ ꝯtingens quo non exiſtẽte nec̃io: poſito aũt eſſe vel nõ eſſe: ꝓpter hoc nihil erit impoſſibile: nã nec̃iũ ꝯtingere equoce dicimus. Qm̃ aũt hoc eſt cõtingēs manifeſtũ eſt ex affirmationibus ⁊ negationibus oppoſitis. Nã nõ ꝯtingēs eẽ ⁊ impoſſibile eẽ: ⁊ nec̃ium non eſſe idẽ ſunt: vel ſequunt̃ ſe adinuicẽ. quare ⁊ oppoſita his ꝯtingit eẽ ⁊ nõ impoſſibile eẽ ⁊ non nec̃e nõ eſſe ⁊ eadeꝫ erunt ⁊ ſequētia ſe adinuiceꝫ. De omni eñi affirmatio vel negatio vera erit. Ergo ꝯtingens erit non nec̃ium: ⁊ non nec̃ium ꝯtingēs.

Poſtq̃ determiauit gnõnẽ ſylli d̃ nec̃io: determiat h̄ gnõnẽ ſylli de ꝯtigēti: ⁊ p̄cedit ſic. p̄ dat intētionẽ dicēs ꝙ dōꝫ ẽ de ꝯtigēti. ſ. qñ de ꝯtigēti fit ſylls. ⁊ ꝑ que ⁊ quõ: ⁊ dic̃ qñ q̃ñtũ ad figurã. ⁊ ꝑ q̃ q̃ñtũ ad terminos ⁊ ꝓpões: quõ q̃ñtũ ad modũ: ⁊ h̄ eſt (De ꝯtigēte aũt.) 2° ponit ſuã īētionẽ ⁊ diuidit̃ in duas. in p̄ determinat quedã añtia ad gnõnẽ ſylloꝝ de ꝯtigēti: quoꝝ cognitio nec̃ia eſt ad illã gnõnẽ. in 2° cũ dic̃ (Qñ g̃. a. ꝯtingit oi. b.) determiat dictã gnõneꝫ. p̄ in duas. in p̄ determinat qdã p̄n^m ꝑfectiuũ ſylloꝝ ipfectoꝝ de ꝯtigēti. in 2° cũ dicit (Qm̃ aũt ꝯtigit.) determiat qdã p̄n^m ꝑfectiuũ ſylloꝝ ꝑfectoꝝ de ꝯtigēti. ⁊ q: in illa pte in qua docet gnãre ſyllos de ꝯtigēti p̄ ponit ſyllos ꝑfectos: iõ huiꝰ ptes ſic ordinant̃. ſ. vt ſtatiꝫ poſt p̄n^m ꝑfectiuũ ſylloꝝ ꝑfectoꝝ ſubyciant̃ illi ꝑfecti. p̄ in duas. in p̄ dat diffonẽ ꝯtingētis. in 2° cũ dicit (Accidit autẽ ois.) docet ꝯ̃iter ꝯuertere ꝓpões de ꝯtingēti per qd̃ ꝑficiēdi ſunt ſylli imꝑfecti: ⁊ q: oñdit̃ ꝯuerſio illaꝝ per diffonẽ ꝯtigētis: ideo prius diffinit̃ ꝯtigēs. in p̄ ſic p̄cedit. p̄ dat diffonẽ dicēs: ꝙ ꝯtin gēs eſt qd̃ nõ eſt nec̃iũ: ipſo tñ poſito ineẽ nihil accidit ipoſe: ⁊ q: ipoſe nõ ſeq̃t̃ niſi ex ipoſi pꝫ qd̃ intēdit ꝙ ꝯtigēs nõ eſt impoſe: ⁊ ita intētio huiꝰ diffonis eſt ꝙ ꝯtigēs: nec nec̃iũ: nec ipoſe: ⁊ h̄ eſt (Dico aũt.) 2° remouet quãdã dubitationẽ: q: eñi iã eſt dcm̃ ꝙ ꝯtigēs eſt nõ nec̃iũ: in p̄cedētib⁹ dcm̃ eſt: ꝙ nec̃iũ dr̃ ꝯtigere, poſſet aliqs putare ꝙ h̄ eẽt icõueniēs ⁊ h̄ remouet Arꝫ. ⁊ p̄cedit ſic. p̄ dic̃ ꝙ ſꝫ termioꝝ diuerſã rõnẽ dr̃ nec̃iũ ꝯtigēs: ⁊ nõ nec̃iũ: ⁊ h̄ eſt (Nã nec̃iũ.) 2° ne per dictã diffonẽ putet aliqs nec̃iũ nõ eẽ ꝯtigēs: oñdit ꝙ ſic. per hãc rõnẽ ꝯtingit eẽ: nõ ipoſe eſt eẽ: ⁊ nõ nec̃e eſt nõ eſſe ꝯuertunt̃: ſꝫ ſeqt̃ur. ſi nec̃e eſt eẽ: nõ nec̃e eſt nõ eẽ: q̃re ſeqt̃ur. ſi nec̃e eſt eẽ: ꝯtigit eẽ: ⁊ ita nec̃iũ ꝯtigit: ⁊ iſtud ſeqt̃ur: q: ad qd̃cũqꝫ ſeqt̃ur vnũ ꝯuertibiliũ ſeq̃t̃ ⁊ aliud. huiꝰ rõnis p̄ oñdit maiorẽ. 2° ꝯcludit ꝯ̃nẽ ſubyciēdo minorẽ. maiorẽ oñdit ſic. iſta tria ꝯuertunt̃. nõ ꝯtigit eẽ. ipoſe eſt eẽ. ⁊ nec̃e eſt nõ eẽ. g̃ ⁊ coꝝ oppoſita ꝯuertũt̃. ſ. ꝯtigit eẽ: nõ ipoſe eſt eẽ: nõ nec̃e eſt nõ eſſe. p̄ ponit hãc rõnẽ: ⁊ eſt (Qm̃ aũt eſt ꝯtigēs.) 2° inuit oñſionẽ ꝯtigentis eãdẽ quã ponit verſus finẽ huiꝰ libri: ⁊ h̄ eſt (De oi eñi nec̃e eſt ⁊c̃.) ꝯñr īfert ꝯ̃nẽ intētionis: ⁊ h̄ eſt (Erit g̃ ꝯtingēs.) ⁊ q: dcm̃ eſt in diffone ꝯtigētis: ꝙ ꝯtingēs eſt nõ nec̃iũ: nũc aũt oñſũ eſt ꝙ nec̃iũ eſt ꝯtingēs: iõ addit ꝙ nõ nec̃iũ dr̃ ꝯtingēs: ⁊ h̄ eſt (Et nõ nec̃ium.)

¶ Accidit aũt oẽs que ſꝫm ꝯtingēs ꝓpoſitiones ſunt ꝯuerti adinuicẽ. Dico aũt non negatiuas affirmatiuis: ſed quecũqꝫ affirmatiuam hñt figuraꝫ ſꝫm oppoſitionẽ. vt ea que eſt ꝯtingit eẽ: ei que eſt ꝯtingit non eẽ. ⁊ ea que eſt ꝯtingit oi: ei que eſt ꝯtingit nulli: vel nõ oi: ea que alicui: ei que non alicui: eodẽ aũt modo ⁊ in alijs.

¶ Cõſequēter docet ꝯuertere ꝓpões de ꝯtigēti iã diffinito: ⁊ diuidit̃ in duas. in p̄ma docet ꝯuerſioneꝫ eoꝝ in gnãli. in 2° in ſpãli deſcēdēdo ad ſpãles modos ꝯtigentis cũ dicit (Determiatis aũt his.) p̄ in p̄ncipale ⁊ icidens: qd̃ icipit ibi (Sũt aũt tales.) p̄ in duas. in p̄ narrat ꝯuerſionẽ eaꝝ ⁊ narrat ꝑ ex^m manifeſtata. in 2° oſtēdit ꝑ rõnẽ. ibi 2° (Qm̃ eñi qd̃ eſt.) Dicit g̃ ꝙ oẽs ꝓpões de ꝯtingēti p̄dicto: affirmatiue ⁊ negatiue ipſiꝰ eſſe: adinuicẽ ꝯuertunt̃. ⁊ h̄ intelligēdũ eſt ita ꝙ vles ꝯuertant̃ adīuicẽ: ⁊ ꝑticulares adiuicẽ. ⁊ exponit eiꝰ intētionẽ dicēs: ꝙ nõ itēdit negatiuas ꝯuerti i affirmatiuis: ſꝫ q: hñt affirmatiuã figurã ſꝫ oppõnẽ: tales aũt ſũt ꝓpões in qb⁹ modis affirmat̃ reſpectu oppoſitoꝝ: ⁊ exēplificat dicēs: ꝙ ꝯtigit eẽ: ꝯuertit̃ ei que eſt ꝯtigere nõ eẽ. ⁊ ꝯtigere nõ oi: ei que eſt ꝯtingere nulli vel nõ oi: ⁊ ꝯtigere alicui ei que eſt ꝯtigere nõ alicui: ⁊ h̄ ſiue accipiat̃ hoc v̄bũ eſt: ſiue aliud v̄bũ: ⁊ h̄ eſt (Accidit aũt oẽs.)

¶ Qm̃ eniꝫ qd̃ eſt ꝯtingēs non eſt nec̃ium. qd̃ aũt nõ eſt nec̃ium poſſibile eſt nõ eẽ. Manifeſtuꝫ eſt qm̃ ſi ꝯtingit. a. ineẽ. b. ꝯtingit ⁊ nõ ineſſe: ⁊ ſi oi ꝯtingit ineẽ: ⁊ oi ꝯtingit non ineſſe. Similiter aũt ⁊ in particularibus affirmationibus nam eadẽ eſt demonſtratio.

¶ Cõſequēter oñdit iſtã ꝯuerſionẽ per diffinitionẽ cõtingētis. ſi ꝯtingit eſſe cũ ꝯtingēs ſit nõ nec̃ium ſeqt̃ur nõ nec̃e eſt eſſe: ⁊ ſi nõ nec̃e eſt eſſe ꝯtingit non eſſe. q̃re ſi ꝯtingit eẽ ꝯtigit nõ eſſe: ⁊ h̄ tenet ſiue fuerint ꝓpoſitiones vles ſiue particulares: ⁊ h̄ eſt (Qm̃ enim ꝯtingēs.) Et nota ꝙ q̃uis oñdat ꝙ ꝯuertant̃ ꝯtingit eſſe ⁊ ꝯtingit nõ eſſe: nõ tñ oñdit hãc ꝯ̃tiaꝫ ꝯtingit non eſſe.

genti debuit p̄cedere generationē ſylli de neccio. ¶ Ad
huc generatio vniformis eſt an̄ mixtā: ⁊ iō pri⁹ debuit
docuiſſe gnōnē vniformē de ꝯtigēti q̄ mixtā de neccio.
¶ Et dōz q̄ diuerſus eſt modus gnandi ſyllos de ꝯtigē
ti tā vniformes q̄ mixtos a mō gnandi ſyllos de neccio:
⁊ iō ſylls de neccio: ⁊ ſyll's de ꝯtigēti in ptib⁹ ſepatis de
terminari bēt. pri⁹ eſt āt dāda gnō ſylli de neccio: q̄ de cō
tingēti: q: gnō vniformis penit⁹ ſilis eſt gnōni vniformi
ſylloꝝ de icē: ⁊ illi⁹ gnō mixta adhuc tn̄ ꝯtigit cuz illis
de incē: q̄ vlis pōt in ꝯnē de incē: ⁊ iō ſtatiz poſt gnōnē
ſylloꝝ de icē determinari hȝ ſyll's de neccio tā vniformis
q̄ mixta. ex his pȝ ordo capituli ⁊ reſpōſio ad obiecta.

Dubiuz **Cōſequenter** dubitari ſolet circa diffōnē ꝯtin
gētis. Querit̄ enī cū p̄us nō diffi
nierit neccium q̄ diuiſerit gnōnē ſylli de neccio: q̄re h̄ dif
finiat ꝯtingēs. Et dōm q̄ neccium nō accipit̄ multiplr̄: ſȝ
vno mō: ⁊ iō nō oportuit diffinire ipm ad manifeſtādū
q̄uo accipiat̄ in ꝯiugatiōib⁹ de ei⁹ acceptiōe. ꝯtigēs aūt
dr̄ multiplr̄: ⁊ nō accipit̄ h̄ in q̄cūq3 acceptione: ſȝ ſolū
ſm̄ q̄ nō neccium dr̄ ꝯtigere. ſ. q̄ ſe hȝ ad eē ⁊ nō eē: ⁊ iō
oportuit diffinire ꝯtigēs in illo mō quo itēdit: ne eēt h̄
ambiguitas de acceptiōe ꝯtigētis: q: nō intēdit de ꝯtin
gēti p̄o poſſi neq3 p̄o neccio: ſȝ de ꝯtingēti p̄o nō neccio:
qd̄ pōt eē ⁊ non eē. p̄ in diffōne ꝯtingētis nō potuit pba
re ꝯuerſionē quā h̄ docet: ⁊ iō poſuit diffōnem.

Dubiuz **Adhuc** dubitaret forte aliqs cū ꝯtingēs neccium ⁊
ipoſſe opponant̄: ⁊ vnū oppoſitoꝝ nō diffini
tur p̄ alteꝝ niſi fuerit relatiuū: vel ſic̄ p̄uatio p̄ habitū:
q̄uo ꝯtigēs diffiniat̄ p̄ neccium ⁊ ipoſſe. ¶ Adhuc q̄re ma
2° gis in diffōne ꝯtigēti cadit neccium ⁊ ipoſſe q̄ eꝯ. ¶ Ad
3° huc cū debeat diffiniri p̄ p̄uationem necc̄y ⁊ ipoſſis. q̄re
magis ſic dic̄. ꝯtigēs eſt q̄ nō exiſte neccio: poſito tn̄ incē
nihil ſeq̄t̄ ipoſſe q̄ eꝯ. ſic. ꝯtigēs eſt quo nō exiſte ipoſſi:
Ad p̄ᵐ poſito tn̄ icē nihil ſeq̄t̄ neccium. ¶ Ad p̄ᵐ dōz eſt q̄ diffō
data p̄ gen⁹ ⁊ dr̄ias q̄ idicāt eēntiā rei nō admittit q̄cū
q3 opponē: verūtn̄ diffō q̄liſcūq3 ſcā p̄p rei cognitionē
hrī pōt dari p̄ p̄uationē oppoſitoꝝ. illō. n. qd̄ me⁹ eſt iter
duo aliqn̄ p̄ p̄uationē illoꝝ cogſcit̄. ſic āt eſt ꝯtigēs iter
neccium ⁊ ipoſſe: neccium āt ſolū ſe hȝ ad eē: ipoſſe vō ad nō
eē. ꝯtigēs aūt h̄ determinatū me⁹ eſt iter h̄: q: pt̄ eē ⁊ p̄ h̄
differt ab ipoſſi: pōt āt nō eſſe: p̄ h̄ differt a neccio. ſic q̄
cū ſit me⁹ p̄ p̄uationē dcōꝝ iter neccium ⁊ ipoſſe: oȝ ipȝ dif
Ad 2ᵐ finiri p̄ p̄uationē vtriuſq3. ¶ Et ex h̄ pȝ rn̄ſio ad ſcdm.
Ad vltᵐ ¶ Ad vltᵐ dōz q̄ neccium pōt ſeq̄ ad nō neccium: ſic̄ ꝯtigēs
ſic̄ veꝝ ex nō veriori: iō nō potuit bn̄ dicere q̄ ꝯtingēti
poſito icē nullū ſeq̄t̄ neccium: ſic̄ potuit dicere q̄ nullū ex
eo ſeq̄t̄ ipoſſe. ipoſſe. n. ex ꝯtigēti nō ſeq̄t̄: ſȝ ex ſolo ipoſſi.

p̄° **Cōſequēter** forte dubitaret aliqs vtꝝ ꝯtingens
cōe equoce dicat̄ de ꝯtigēti neccio ⁊
nō neccio: ſic̄ ipſe dic̄. videt̄ enī q̄ nō: ſic. c⁹ nomē ⁊ rō ſm̄
nomē aſſignata ē cōe: ipȝ p̄dicat̄ vniuoce: ſȝ ꝯtigēs cōe
ſm̄ nomē ⁊ rōnē eādē p̄dicat̄ de neccio ⁊ nō neccio. aſſi
gnet̄ enī rō noīs ⁊ erit vl̄ iſta. ꝯtigēs eſt qd̄ nō eſt ipoſſe:
vel iſta. ꝯtigēs eſt qd̄ eſt potēs eē: ⁊ vtraq3 iſtaꝝ rōnum
dr̄ de neccio ⁊ nō neccio. ¶ Adhuc qd̄ p̄dicatur cōiter de
2° plib⁹ ſȝ rē vnā cōiter repert̄ in illis nō eſt p̄dicatū equo
cū: ſȝ ſic p̄dicat̄ ꝯtigēs de neccio ⁊ nō neccio. ꝯtigēs enī di
cit po^m q̄ndā eēndi ⁊ h̄ inenit̄ i ꝯtigēti qd̄ eſt nō neccium
In opp^m ⁊ in ꝯtigēti qd̄ eſt neccium. ¶ Ad opp^m nihil ſm̄ rē cōe
eſt ꝯdictoꝝ: q̄re ſi aliqd eſt eis cōe ſola voꝝ eſt: ſȝ ꝯtin
gēs eſt cōe neccio ⁊ nō neccio q̄ ſūt ꝯdictoria. q̄ ſolū ſȝ vo
cē cōe eſt: ſȝ tal' cōitas facit equocationē. ¶ Adhuc p̄ᵒ od
2° actū ⁊ ipſe act⁹ nō ſignificat̄ eodē noīe niſi equoce: ſȝ cō
tigēs nō neccium dic̄ q̄ndā pōm ad actū. ꝯtigēs āt neccium
dic̄ ipm actū: q̄re hec duo nō ſignificabunt̄ p̄ nomē cō

tingentis niſi equoce. ¶ Et dōm q̄ ꝯtingens cōe dr̄ de
ꝯtingēti neccio ⁊ nō neccio. nō pure equoce nec vniuoce:
ſȝ analogice: q: tn̄ logicus analogū dicit equocū: iō dicit
in lr̄a ipm dici equoce: ⁊ ſic̄ ipȝ analogice dr̄: ſic ⁊ rō ei⁹
in cōi: ſignat q̄ ꝯtigēs q̄ndā po^m ad eēndū: que gdē po⁹
inq̄ntū po⁹ eſt idifferēter ſe bēt ad eē ⁊ nō eē: ipſa tn̄ put
actui ꝯiūcta eſt: nō hȝ po^m niſi ad eē. p̄ mō inenit̄ ꝯtin
gēs i ꝯtigēti qd̄ eſt nō neccium. 2° in ꝯtigēti qd̄ eſt neccium.
⁊ q: manifeſtū eſt q̄ po⁹ que dr̄ p̄ nomē ꝯtigētis inq̄ntū
hō p̄ ⁊ magis inenit̄ in ꝯtigēti nō neccio. poſteri⁹ aūt in
ꝯtingēti neccio: neccium enim minus bēt de rōne ꝯtigētis
q̄ nō neccium. ex his pȝ analogia hui⁹ noīs ꝯtingēs: ⁊ pȝ āt
rn̄ſio ad rōnes p̄me ptis q̄ōnis. ¶ Ad p̄^m rōne in opp^m Ad p̄ᵐ
dōz q̄ neccium ⁊ nō neccium put cadūt in diuiſione ꝯtin
gētis nō ſūt ꝯdictoria. vtrq3 enīz ſupponit po^m ad eē:
nō neccium aūt ſm̄ q̄ ꝯdicit neccio nihil penit⁹ ponit: ſȝ eſt
idē qd̄ ipoſſe. nō neccium aūt ſm̄ q̄ diuidit ꝯtigēs ponit
po^m ad eē ⁊ nō eē. ſi aūt vere ꝯdictoria accipiant̄ in di
uiſione ꝯtigētis: tūc nō eēt niſi vocis cōitas: nūc aūt nō
eſt ſic̄ dcm̄ eſt. ¶ Ad aliud dōm q̄ ꝯtigēs ſignificat rez Ad 2ᵐ
in mā. ſ. po^m ad eēndū que gdē vt eſt i ꝯtigēti nō neccio
nō eſt ſimplr̄ cum actu. put aūt eſt in ꝯtingēti neccio eſt
ſimplr̄ cū actu: ⁊ ita pȝ q̄ nō ē equocū pure: ſȝ analogū.

Cōſequēter forte dubitabit̄ de mō probādi q̄ Dubiuz
neccium ſit ꝯtigēs. videt̄. n. petere qd̄
eſt i p̄n⁹ cū ſuppōit iſta tria ꝯuerti: nō ꝯtigit eē. ipoſſe eſt
eē. necē ē nō eē. ⁊ ꝯcludit eoꝝ oppoſita ꝯuerti: q̄re eque
ignotum eſt illa tria ꝯuerti ſic̄ iſta. ¶ Et dōm q̄ nō eſt
eque ignotū: q: nō fuit dr̄ia apd̄ p̄hos de ꝯuertibilitate
p̄pōnū tertij ordis modaliū ⁊ 4ⁱ: ſȝ de ꝯuertibilitate p̄
pōnū p̄mi ordis ⁊ tertij: iō hn̄ ſuppōit p̄pōnes tertij or
dis ꝯuerti: ⁊ ꝯcludit idē d̄ p̄pōnib⁹ p̄mi: ⁊ nō petit qd̄ ē i
p̄n⁹ ſȝ ſumit qd̄ notū ē oīb⁹. q̄ āt n̄ fuerit diſſēſio d̄ p̄pō
nib⁹ tertij ordis ⁊ 4ⁱ: ſic̄ d̄ p̄pōnib⁹ p̄ⁱ ⁊ 2ⁱ. pȝ ex li⁹ p̄ier^m.

Alterius forte dubitabit aliqs d̄ ꝯuerſiōe quā do Dubiuz
cet. videt̄. n. ſupfluet̄ cū pri⁹ deti iauit de
ꝯuerſiōe. ¶ Adhuc q̄ negatiue de ꝯtigēti alr̄ ꝯuertant̄
q̄ ille de icē ⁊ de neccio. p̄us dcm̄ ē. ⁊ ita fruſtra h̄ docet
eas ꝯuertere. ¶ Et dōz q̄ ſup̄⁹ dterminauit ꝯuerſionē q̄
eſt i termis: ſȝ nō p̄p h̄ ſupfluit h̄ determiare ꝯuerſionē
p̄ oppoſitas q̄litates q̄ neccio exigit̄ ad p̄ficiendū ſyllos
de ꝯtingēti ip̄fectos. ſciēdū āt q̄ affirmatiue de ꝯtinge
ti ⁊ de incē hn̄t ꝯuerſionē vnā in termis: de q̄ ſupius lo
cut⁹ eſt. aliaz p̄ oppoſitas q̄litates: de qua h̄ loq̄t̄. negati
ue vō vl̄es hn̄t tn̄ illā que eſt p̄ oppoſitas q̄litates. pti
culares vō negatiue hn̄t vtrāq3. ex his patēt queſita.

Cōſequēter forte dubitabit d̄ h̄ qd̄ dic̄ hoīez ca Dubiuz
neſcere nō hr̄e ꝯtinuā neccitatem eo
q̄ nō ſemp̄ eſt hō. ex h̄ videt̄ Ar. ſignificare q̄ ad necci
tatē p̄pōnis exigit̄ neccio entitas reꝝ. ſ. ſubi ⁊ p̄dicati: ⁊
ita ad v̄itatē p̄pōnis exigit̄ v̄a entitas eaꝝ. Sup q̄ dubi
tat̄ ⁊ videt̄ h̄ p̄cē veꝝ: ſic. veꝝ ⁊ ens ꝯuertunt̄: ſȝ ens nō
eſt niſi hēat verā entitatē apd̄ nām: ⁊ nō tn̄ apd̄ aiam. q̄
ſilr̄ nec veꝝ. ¶ Adhuc qd̄ q: eſt. ſupponit an̄ ſe q̄ōnē ſi 2°
eſt: vt h̄ qd̄ an hō ſit aial ſupponit an̄ ſe q̄ōnē iſtā an hō
ſit. q̄ p̄pō ab hac q̄ōne accepta ſupponit an̄ ſe p̄pōnē ab
illa acceptā: q̄re ⁊ v̄itas eius v̄itatē illius: ⁊ ita ad v̄itatē
hui⁹. hō eſt aial. exigit̄ v̄itas hui⁹: hō eſt. ⁊ ita v̄itas p̄pō
nis exigit actualez entitatē ſubei ⁊ p̄dicati. ¶ Adhuc ſi 3°
hō eſt aial: hō eſt ſubm. ⁊ ſi h̄ tūc hō eſt ens. ⁊ ſi eſt ens
hō eſt: q̄re ad v̄itatez hui⁹ hō eſt aial. exigit̄ v̄itas hui⁹:
hō eſt. ⁊ ſic idē qd̄ pri⁹. ¶ Si dicet̄ q̄ ens dr̄ equoce: ſȝ
q̄ eſt nomē ⁊ ſm̄ q̄ eſt p̄ticipium. qn̄ q̄ dr̄ hō eſt ſubm. q̄
hō eſt ens. h̄ tenet ſolū de ente ſm̄ q̄ eſt nomē. vlterius
aūt nō tenet niſi ſȝ q̄ eſt p̄ticipiū: q: ens p̄ticipiū dicit

entitatem actualē.ens aūt nomē dicit entitatē habitu/
dinalem.Sed ↄtra.sicut lucēs est actus lucere:⁊ de ne/
cessitate seqtur:si est lux.ḡ lucet.silr actus entis est esse:
quare necīo seqtur:si est ens.ergo est. ¶ Sed dicet᷑ q̄
eē est act⁹entis non ſm q̄ est nomē:sed pticipiū. Sed
ↄtra.ens qd̄ est pticipium de necītate egredit᷑ ab esse si/
gnato per h̄ vbū est ⁊ non eꝯ.talis enim est rō pticipij:
quare si eē egrediat᷑ ab ente h̄ nō est ab ente qd̄ est par/
ticipiū:sed qd̄ est nomē. ¶ Ad opposita sic:si ad vitatē
ppōnis exigit᷑ vera entitas rex:tūc talis ppō non esset
vera.antichristus erit hō:cesar fuit hō qd̄ est icōueniēs
¶ Si dicet aliqs q̄ illud est itelligēdū nō de vitate p/
positionis de ptcrito vel de futuro:sed ppōnis de pnti:
ↄtra.Chimera est chimera:h̄ est va:vt ↄstat.⁊ tn̄ nō est
va entitas in reb⁹ sigiatis p terminos:eadē aūt rōne:⁊ h̄
erit va.homo est hō:⁊ si non fuerit hō:q̄re ⁊ h̄ homo est
aial.⁊ sic erit vitas in ppōne de pnti absq̄ actuali enti/
2° tate rex. ¶ Adhuc vitas vniuoce dr̄ in ppōne affirma
tiua ⁊ negatiua:sꝫ ad vitatē negatiue non exigit᷑ va en/
titas rex:q̄re nec ad vitatē affirmatiue:q̄uis enim non
eēt nec lignū nec capra nihilomin⁹ eēt h̄ vera:lignū nō
3° est capra. ¶ Adhuc si ad vitatē ppōnis exigeret᷑ actua/
lis entitas rex:tūc vitas ⁊ falsitas eēnt in reb⁹:sicut bo/
6° meta. nū ⁊ malū:⁊ non in cognitione tm̄:cui⁹opp^m vult Arist.
com.8°. expsse vlus finē sexti pme phie.vbi dic̄: q̄ vex ⁊ falsū
4° nō sunt in reb⁹:sicut bonū ⁊ malū:sꝫ in cognitione tm̄.
¶ Adhuc vitas ⁊ falsitas solū ↄsistit circa cōpositiones
⁊ diuisionē:sꝫ ois cōpositio ⁊ diuisio apd̄ aiam inest q̄re
veritas ⁊ falsitas apud aiam est:q̄re cū possint spēs rex
manere apd̄ aiaꝫ:in qua possunt adinuicē cōponi vel di
uid':q̄uis ipse res non sint.pꝫ q̄ vitas ⁊ falsitas potest
eē sine actuali entitate rex.q̄ āt cōpositio ⁊ diuisio sint
apd̄ aiaꝫ pbo.aial enī seipso hoī inest ⁊ nō est cōpositio
ſm rē ⁊ nām que cōponit aial cū hoie.silr asinus seipso
ab hoie diuidit᷑:⁊ nō est ſm rē diuidēs ipsos:q̄re mani/
festū q̄ cū non sit apd̄ rē cōpō ⁊ diuisio erit apd̄ rōnē so
lū:⁊ res rōnis erūt.⁊ sic vr̄ q̄ vitas ppōnis possit eē:sine
actuali entitate rex.ex iā dictis pꝫ quō ↄcedēde sūt p/
positiones ad vtraq̄ ptē q̄nis:verūtn̄ q2 pme rōnes vi/
dent᷑ niti q̄ vitas 2° modo dicta exigat actualē entitatē
Ad p^m rex. ¶ Dōm est ad pmā q̄ h̄ ppositio ens ⁊ vex ↄuer/
tunt᷑.dr̄ de vitate icomplexa:sermo aūt pns est de vita/
te complexa:vel dōm q̄ vitas incōplexa ↄuertit᷑ cū en/
te.h̄ enī exigit entitatē rex ex̄ aiam:sed itellect⁹ entita/
tē actu componētis aut diuidētis componibiles aut di/
Ad 2^m uisibiles. ¶ Ad 2^m dōm q̄ qōnes ordinam⁹ ſm ordineꝫ
quē obseruam⁹ in dubitādo ⁊ adiscendo vbi ordo est q̄
prius dubitam⁹ an sit res.2° an sit hoc vel illud:sꝫ q̄uis
ordiate sint sic questiones pter dictā cām:non tn̄ opꝫ
q̄ ppositio accepta a questione:q2 est.supponat ante se
ppositionē acceptā a questione an sit:vt vitas hui⁹ vita/
tē illi⁹.Alr posset dici ad idē.s.q̄ hec ppositio.homo est
aial.supponit an̄ se istā:homo est.⁊ vitas eius vitatē il/
lius:sed ad vitatē hui⁹:homo est.ſm q̄ accipit᷑ questio
an sit in demr̄atiuis non exigit᷑ actualis entitas hoisꝫ
tm̄ habitualis:sicˀ hēt demōstrari in pn°scdi posterioꝝ.
Ad 3^m ¶ Ad 3^m dōm q̄ ens p̄ ⁊ pncipalr significat ens actuale:
⁊ si sic sumat᷑ tūc non tenet.sꝫ homo est subm:homo est
ens.si aūt cōiter accipiat᷑ pro ente actu vel ente habitu
sic non tenet:est ens ḡ est:q2 ipm est dic̄ pns actuale eē.

Dubium Cōsequenter dubitabit᷑ vlterius de h̄ qd̄ dicit
q̄ cum homo est:aut de necītate:
aut frequēter canescit.dubiū est enim quō hoc sit vex
cū homo canescat:vt in plurib⁹ nisi in senectute. ¶ Et
dōm q̄ ille actus canescere potest dicere motū in cani/
ciem:vel tm̄ motū completū.si dicat motū in canicieꝫ:
sic semp ⁊ de necītate canescit homo cū sit.puenit enim
canities ex incorpatione flegmatis in supiori pte capi/
tis:cuius incorpationis cā est diminutio caloris nālis:⁊
ista incorpatio ⁊ caloris diminutio semp fit ⁊ ↄtinuo.si
aūt dicit tm̄ motū completū:sic vt frequēter canescit
hō:in plurib⁹enim si maneant ad etatē puenit canities.

Dubium Vlterius forte dubitabit᷑ de eo qd̄ dicit ↄtingens
natū non ↄuerti in idē genus ↄtingētis.
videt᷑ enī q̄ sic:q2 cū tā ↄtingēs natū q̄ infinitū sit nō
necīuꝫ ⁊ possit eē ⁊ nō eē:qua rōne vnū ↄuertit᷑ in idem
2° gen⁹ ↄtingētis ⁊ reliquū. ¶ Ad idē q̄n inatū est vnū op/
positoꝝ ieē ⁊ reliquū inatū est ieē nisi vnū isit determi
nate.cū ḡ ↄuersio ↄtigētis nati sit iter opposita si vnū il
loꝝ natū est ineē ⁊ reliquū nisi alteꝝ determiate isit:⁊
ita videt᷑ q̄ natū ↄuertat᷑ in natū.Adhuc h̄ est de ↄtigē/
ti nato:ↄtigit hoiem nō canescere.⁊ dic̄ q̄ ↄtingēs natū
ↄuertit᷑ vsq̄ in nō necīum:q̄re ista ↄuertet᷑ in hāc.non
neēe est hoieꝫ canescere.⁊ si h̄ nō erit ↄuersio p opposi/
tas q̄litates:cū vtraq̄ necīa sit:nec erit ↄuersio a nō eē
in esse nec eꝯ.sicut prius docuit Ar.ↄuertere ppōnes
de ↄtingēti. ¶ Et dōm q̄ ↄtingēs natū non ↄuertit᷑ in
Ad p^m ↄtingēs natū:sꝫ in ↄtingēs pro poli. ¶ Ad p^m dōm q̄ in
syllogiçādo arg^m nō valet.ↄtingēs enī natū hꝫ cām ordi
natā magis ad vnā ptē pter qd̄ ei⁹necīo nō hꝫ cām ta
lē:⁊ ideo nō ↄuertit᷑ in idē gen⁹ ↄtigētis.ↄtingēs aūt īfi
nitū nō hꝫ cām ordinatā:sꝫ equalr se hꝫ ad vtrāq̄ ptē:
Ad 2^m pp qd̄ ⁊ sua negatio ↄsilis ē. ¶ Ad 2^m dōꝫ q̄ h̄ ppositio.
si vnū oppositoꝝ ⁊c̄.iest:reliquū natū est ieē nisi alteꝝ
determiate isit:nō est va neq̄ itelligēda nisi in ↄ̄rijs i/
cōplexis:cuiusmodi sunt sanū ⁊ egrū ⁊ hm̄.h̄ aūt fit ser/
mo de oppositis cōplexis que si reducant᷑ ad icōplexio/
nē reducet᷑ ad ↄ̄dictoria h̄ mō: canescere nō canescere.
Ad vlt^m ¶ Ad vltimū dōꝫ q̄ h̄ negatiua:hoieꝫ nō canescere nō
ē de ↄtigēti nato.hoc enī ipꝫ nō canescere inatū nō est:
sed eius opp^m.nec īfinitū:q2 equalr nō se hēt ad eē ⁊ nō
esse:q̄re relinqtur q̄ sit cōe vtriq̄.s.possibile vel de cō/
tingēti pro possibili:vn̄ pꝫ q̄ ↄtingēs natū inq̄tum hē
non,multū sumit᷑ sub negatione:sꝫ sumit᷑ positiue:vt ca
nescere in senectute qd̄ est natū in plurib⁹:canescere in
iuuētute qd̄ est natū in paucioub⁹:⁊ huius.quaꝝ nega/
tiones magis nō inate sunt:vn̄ vult Arist.per suā lrām
expsse q̄ affirmatiua de ↄtingenti nato ↄuertit᷑ in ↄtin/
gens nō eē:qd̄ est idē ei qd̄ est nō neēe: q̄si velit signifi/
care q̄ tale ↄtingēs noiat᷑ per affirmatiuā vniulr. qn̄ ḡ
dicit:ↄtingēs natū ↄuerti vsq̄ in nō necīum:h̄ itelligē/
dū est de ↄtingēti nato vbi affirmat᷑ eē. ¶ Sed tūc du/
bitat᷑ quare si tā in ↄtingēti nato q̄ infinito sit ↄuersio
per oppositas q̄litates.ad h̄ aūt q̄ fit talis ↄuersio opꝫ
esse ↄuerti cū nō esse. Dubitari pōt qualr h̄ pōt esse in
ↄtigēti nato:q2 si ↄtingēs natū ſm q̄ hui⁹ affirmatiuū
est ⁊ cadit sup esse ⁊ ↄuertit᷑ in nō esse:⁊ illud ↄtingere
non esse sit de ↄtigēti cōi:a cōi vo ad speciale non tenet
arg°.ergo a ↄtingere nō eē ad ↄtingere eē nō erit ↄuer/
sio apud ↄtingens natū:⁊ si h̄ tūc nō est ↄuertere a non
esse in esse sub modo ↄtingētis:sꝫ solū ecōuerso:q̄re nō
In opp^m erit ibi ↄuersio nec ↄuertibilitas. ¶ Oppositū tn̄ appa/
ret manifeste in terminis:q2 si ↄtingit hoiem nō canesce/
re ↄtingit ⁊ canescere:sicut eꝯ.⁊ si ↄtingit eē musicum
ↄtingit non eē musicū:sicut ecōuerso. Et potest dici q̄
si ↄtingēs ↄuertat᷑ vsq̄ in ↄtingere nō eē bene tenet vt
dcm̄ est:⁊ illud ↄtingere non esse cum non possit esse de
ↄtingēti nato nec īfinito:vt osūsum est:erit de ↄtingenti
pro poli.ab illo aūt ↄtigere non eē vsq̄ in ↄtingere esse
fieri pōt pcessus grā māe.q̄uis eni forma argumētādi
non sit

nõ ſit bona:ꝗre ꝓcedit a ſupiori ad inferiꝰ:nõ eſt tñ in uenire ꝯtigẽs natũ ꝯuerſuz in ꝯtigere nõ eẽ gn ecõuer ſo poſſit eẽ ꝯuerſio:ꝛ ħ eſt ex habitudine terminoꝝ gbꝰ ineſt ꝯtingẽtia nata magis ꝙ̃ ex forma argumentandi.

Dubiū **Alterius** autẽ dubitabiẽ forte de eo qõ dicit circa dici de oi in ꝯtingẽtibꝰ.qꝛ eni in ꝑcedentibus nõ determinauit diuerſum modũ accipiẽdi de oi in neꝛ̃ys nõ deberet ħ dare diuerſuz moduz dici de oi in ꝯtingẽtibꝰ.¶ Sꝫ diciẽ ꝙ ꝓpõnis de neꝛ̃io nõ eſt duplex intẽtio:ſicẽ ꝓpõnis de ꝯtingẽti.Sꝫ ꝫ.ſicut ħ ꝓpõ.oẽ.b.ꝯtingit eſſe.a.duplicẽ hꝫ intẽtionẽ.vel ꝙ oẽ qõ eſt.b.ꝯtingit eẽ.a.vel qꝛ oẽ qõ ꝯtingit eẽ.b.ꝯtigit eẽ a.ſeqẽ.oẽ.b.de neꝛ̃itate eſt.a.vel dr̃ ꝙ oẽ qõ eſt.b.de ne ceſſitate eſt.a.vel oẽ qõ neceſſe eſt eẽ.b.neceſſe eſt eẽ.a. ¶ Adhuc ſicut ꝓpõ de ꝯtingenti aliqñ accipiẽ cũ alia de ꝯtingenti.aliqñ cũ alia de ineẽ ad ꝯſtituẽduz ſyllm: ſic ꝛ ꝓpõ de neꝛ̃io.aliqñ accipiẽ cum alia de neꝛ̃io.aliqñ cũ alia de ineſſe.ꝗ ſi ꝓpõ de ꝯtingẽti ꝑꝑ ſuã duplicẽ acceptionẽ:duplicẽ hꝫ intentionẽ:qꝛ cũ alia de ꝯtingenti accipiẽ ſub hac intẽtiõe.oẽ qõ ꝯtingit eẽ.b.ꝛ cũ alia de ineẽ accipiẽ ſub iſta.oẽ qõ eſt.b.ꝛc̃.videẽ ſilr ꝙ duplex erit intẽtio in ꝓpõne vl'i de neꝛ̃io ꝑꝑ duplicẽ eius acceptionẽ.ita ꝙ ſub iſta intentiõe.oẽ qõ neꝛ̃e eſt eẽ.b.neꝛ̃e eſt ꝛc̃.accipiẽ cũ alia de neꝛ̃io ad ꝯſtituẽdũ ſyllm vniformẽ.ſub iſta vo.oẽ qõ eſt.b.neꝛ̃e eſt ꝛc̃.in mixtione neꝛ̃ia ꝛ ineẽ:vbi minor eſt de ineẽ.Et dõꝫ ꝙ vl'is de neꝛ̃io hꝫ illas duas intẽtiões ſicẽ opponiẽ:ſꝫ iſeꝑabiles ſunt abinuicẽ:qꝛ ſi oẽ.b.ex neꝛ̃itate eſt.a.tũc.a.eſt inſeparabile ab o i.b.ita ꝙ ab oi qõ de neꝛ̃itate ẽ.b.ꝛ qõ eſt b.ſimplr.eo ꝙ ineẽ ſimplr ꝛ ex neꝛ̃itate ineẽ nõ diuerſificãt inherẽtiã:niſi ẽm rõnẽ tm̃:ſꝫ vtraqꝫ dicit actualẽ inherẽtiã ꝛ ↄ̃tialẽ.ꝛ qꝛ ita eſt:iõ nõ diſtinxit Ariſt. in ꝑcedẽtibꝰ dici de oi in neꝛ̃arys per dictas ſuas intẽtiones cũ nõ diuerſificẽt inherentiã:ꝛ ħ liquet per ħ ꝙ in mixtiõe neꝛ̃y ꝛ ineẽ nõ accipiẽ illa de ineẽ:niſi de ineẽ ſimplr:ꝗ forte ẽm rẽ nõ differt a ꝓpõne neꝛ̃ia ꝙ̃uis differãt ẽm modũ.ineẽ aũt ꝛ ꝯtingẽter ineſſe ſeparabilia ſunt abinuicẽ:ꝛ diuerſificãt inherẽtiã ꝑ actuale ꝛ potẽtiale:ꝛ ꝑꝑea cũ ẽm iſtã duplicez inherentiã diuerſimode accipiaẽ ꝓpõ de ꝯtingẽti:oportuit ħ Ariſt.has duas itẽtiões eiꝰ qõ eſt dici de oi in ꝯtingẽtibꝰ determinare.

Alterius forte dubitabiẽ quo illa de ꝯtigẽti dat itelligere illã de ineẽ:nõ eni ſeqẽ ſi ꝯtingit ineẽ:ꝗ ineſt.ꝛ ita nec intelligiẽ illa de ineẽ in illa de ꝯtingẽti:ſicut ꝯñs in añte.¶ Adhuc cũ tale ꝯtigens indifferẽter ſe hẽat ad eẽ ꝛ nõ eẽ:qua rõne ibi itelligiẽ affirmatiua de ineẽ ꝛ negatiua.ꝗre ſic bñ exponeẽ.oẽ qõ nõ eſt.b.ꝯtingit eẽ.a.ſicut ſic.oẽ qõ eſt.b.ꝛc̃.Et dõm ꝙ in ꝓpõne de ꝯtingẽti modus ꝯtingẽtie cadens ſuper extrema amplificat eoꝝ ſuppõnẽ.vñ ſi ꝯſidereẽ ſubm ꝓpõnis talis ẽm ꝙ modus ꝯtingẽtie extẽdit ſuã vtutẽ in ipm põt accipi ꝓ oi eo qõ ꝯtingit eẽ ſub eo:ꝛ inde hꝫ ꝓpõ talis iſtã intẽtionẽ.oẽ qõ ꝯtingit eẽ.b.ꝛc̃.ſi aũt ꝯſidereẽ ſubm in ſe ſine mõ ꝯtingẽtie inquãtũ eſt qõdam vl'e actu ꝯtinẽs ſub ſe inferiora:ſic hꝫ cõparationez ad ꝯtẽta per actualẽ inherentiã:ꝛ ſi ħ hꝫ ꝓpõ talis iſtã intentionẽ.oẽ qõ eſt.b.ꝛc̃.ſic ꝗ rõne continentie hꝫ accipi ſub ſubto iplicatio de ꝯtingenti:rõne aũt ipſiꝰ ſubti in ſe ꝛ cõparati ad actualr cõtenta ſub eo dꝫ accipi ſub eo implicato de ineſſe:ꝛ per ħ patet rñſio ad oppoſita. Dic notandũ eſt ꝙ implicatio circa ſubm ſumens inherentiã ꝯtingentialẽ ſigñat minorẽ ꝓpõnẽ de ꝯtingẽti:ꝛ implicatio de ineſſe ſigñat minorẽ de ineſſe vel de neceſſario:vnde ſub tali ſenſu:oẽ qõ ꝯtingit eſſe.b.ꝯtingit eſſe a.iplicaẽ totus ſyll's vniformis de contingenti.ſub hoc ſenſu aũt oẽ qõ eſt.b.contingit eſſe.a. implicatur totus syll's mixtꝰ de ꝯtingenti ꝛ ineẽ:vel de ꝯtingẽti ꝛ neꝛ̃io.

Inesse aūt primū medio ꝛ h̄ postremo nō est sumere velut que semp p̄dicent̄ de se inuicē: aut similr primū de medio ꝛ h̄ postremo ꝛ non inesse similr: sed quotiēs esse dicit̄ ꝛ verū dicere hoc totiens opʒ putare singulare inesse: vt q̄m contrarioꝝ eadē est disciplina: sit eni. a. vnā esse disciplinā. b. aūt cōtraria sibi inuicē. a. g̊ inest. b. nō ꝙ ɔtraria sint vnā esse disciplinā eorūdeʒ: ʒ q̄m veꝝ est dicere de ipsis vnā eē eoꝝ sciētiaʒ. Accidit aūt q̄nqꝫ primū de medio dici: mediū aūt de tertio nō dici: vt si sophia est disciplina: boni aūt est sophia: ɔclusio q̄m boni est disciplina: ergo boni q̄deʒ nō est disciplina: sophia aūt est disciplina. Q̄nqꝫ aūt mediū de tertio dicit̄: primum aūt de medio nō dicit̄: vt si qualis est disciplina omnis autem contrarij: bonum autem ꝛ contrarium ꝛ quale: conclusio quidem q̄m boni est disciplina: non est autem bonum disciplina: neqꝫ quale: neqꝫ contrarium.

In hac pte remouet Ari. difficultatē ɔtingētē in reductiōe circa terminos aliquos ꝛ diuiditur in duas. In p̊ q2 ignotū ē an syllet̄ ex obliq̄s. docet ex eis syllare. in 2° cū dicit (Simpl'r eni hic dicim⁹ de oībus.) q̄uo sumēdi sunt termini in reductiōe taliū syllorū. in p̊ sic p̄cedit. p̄mo p̄ponit p̄pōnē verificandā dicens. ꝙ p̄pōnes affirmatiue ꝛ negatiue ad syllm̄ nō sp accipiēde sunt s̄m termios rectos: ʒ accipi p̄nt s̄m quēcūqꝫ casum. ꝛ h̄ declarat in vno exēplo. vt h̄. oppositoꝝ eadē est disciplina. ꝛ h̄ est (Inesse aūt.) 2° verificat eaʒ p̊ docēs syllare ex obliq̄s affirmatiue. 2° negatiue cuʒ dicit (Eodē āt mō.) ꝛ p̊ in duas. p̊ vt cū altera p̄pō est de obliq̄. 2° vtraqꝫ est de obliq̄ cū dic̄ (Est āt neqꝫ p̄ᵐ.) adhuc altera existe de obliq̄ p̊ exēplificat vbi minor ē de obliq̄ sic. sophia ē disciplīa. boni ē sophia. g̊ boni ē disciplina. ꝛ h̄ est (Accidit g̊ q̄nqꝫ.) 2° vbi maior est de obliquo sic. ois q̄lis aut ɔrij est disciplina: ʒ bonū est q̄le

109

aut 3riū.ḡ rč.ꝛ h̄ eſt (Quāqꝫ aūt mediū.) Et nota ꝙ ille que dicunt̄ in recto dicit pncipia vel dici vel predicari illa vō que in obliquo non dici neqꝫ predicari. propria enim eſt predicatio ꝛ ſubiectio ſm rectum.

Eſt aūt neqꝫ primū de medio: neqꝫ hoc de tertio: primo de tertio qñqꝫ quidē dicto: qñqꝫ autem nō dicto: vt ſi cuiuſ eſt diſciplina huius eſt genus. boni āt eſt diſciplina. ꝯclō qm̄ boni ē genus: p̄dicat̄ aūt nullū de nullo. Si aūt cuius eſt diſciplina genus eſt h̄. boni aūt diſciplina ꝯcluſio qm̄ boni eſt genus: ergo p̄dicat̄ de extremo primū: de ſe aūt inuicem non dicuntur.

Deinde exemplificat vbi vtraqꝫ eſt de obliq̄.ꝛ p° vbi vtraqꝫ eſt de obliquo ꝛ ēt ꝯclō ſic. cuius eſt diſciplina eius eſt genus: ſed boni eſt diſciplina.ḡ boni eſt genus. ꝛ h̄ eſt (Eſt aūt neqꝫ.) 2° vbi vtraqꝫ exiſtēte de obliquo eſt ꝯcluſio directa ſic. cuius eſt diſciplina h̄ eſt genus: ſꝫ boni eſt diſciplina.ḡ bonū eſt genus.ꝛ h̄ eſt (Si aūt cuius eſt.)

Eodem aūt mō ꝛ in nō eē ſumēdū. Nō eni ſignificat nō: nō ineſſe hoc huic nō eē hoc h̄: ſꝫ aliqñ nō eē h̄: aut hoc huic: vt qm̄ nō eſt motionis motus: aut gn̄ōnis gn̄ātio: voluptatis aūt eſt: non igit̄ voluptas gn̄ō: aut rurſus: qm̄ riſus qdē eſt ſignū: ſignū aūt nō ſignū: q̄re nō eſt ſignū riſus: ſilr̄ aūt ꝛ in alijs in qbus interimitur ꝓblema. eo ꝙ dr̄ aliquo mō ad ipſū genus. Rurſum qm̄ occaſio nō eſt tp̄s opportunū: deo enim quidē eſt: tp̄s aūt opportunū nō eſt occaſio: eo ꝙ nihil deo ꝓficiens eſt. terminos eni ponēdū occaſionē ꝛ tp̄s opportunū deū. ꝓpoſitio aūt ſumēda ſm nominis caſus.

Cōſequēter docet ſyllr̄e ex obliqs negatiue. ꝛ ꝓcedit ſic. p° dicit ꝙ eſt accipe ꝓpōnē ſyllr̄icā negatiuā ſicut et affirmatiuā nō ſolū in recto: ſed ſm quēqꝫ caſū: ꝛ h̄ eſt (Eodē āt mō.) 2° h̄ māifeſtat. ꝛ p° accipiēdo ꝓpōnes de obliqtate genitiui. 2° de obliqtate datiui vt dic (Rurſū qm̄ eſtas.) de obliqtate genitiui duo ponit exēpla: quoꝝ p^m hꝫ vtrāqꝫ ꝓpōnē ſic. motionis nō eſt motus. neqꝫ gn̄ōnis gn̄ō: ſed voluptatis eſt generatio: ꝛ motus. ergo voluptas nō eſt generatio neqꝫ motus. ꝛ h̄ eſt (Ut qm̄ nō eſt.) 2^m hꝫ minorē ꝓpōnē de recto ſic. ſigni non eſt ſignū: ſed riſus nō eſt ſigni. ergo riſus nō eſt ſignū: ꝛ accipitur riſus in minori noīatione in ꝯne gtē. ꝛ h̄ eſt (Aut riſus.) ꝛ addit ꝙ ſilr̄ eſt in alijs in qbus ꝯcludit̄ negatiua ꝓpō: eo ꝙ p̄dicatū aliquo mō ſe hꝫ ad ipſam ꝓpoſitionē: ſed ad ipſam rem ſubiectā. ꝛ h̄ eſt (Similr̄ autē ꝛ in alijs.) ꝯñter exēplificat in obliquo datiui ſic: iō nō eſt tp̄s opportunū. ꝛ h̄ eſt (Rurſus qm̄ occaſio.)

Similr̄ aūt hic dicimus de omnibus qm̄ terminos qdē ſemper ponendū ſm declinatiōes nominum. vt hō. aut boni aut contraria: non hoīs aut boni: aut non cōtrarioꝝ: ꝓpōnes aūt ſumendum ſm vniuſcuiuſqꝫ caſus: aut enim qm̄ huic h̄ vt equale: aut qm̄ huius duplū: aut vt feriens vel vidēs: aut qm̄ hic. vt qm̄ hō aial aut ſi quolibet modo aliter cadit nomē ſꝫ propoſitionem. ineſſe aūt hoc huic ꝛ verum eſſe h̄ totiens ſumēdum quotiens predicamēta diuiſa ſunt. ꝛ hec aut quo aut ſimplr̄. Amplius aūt ſimplicia aut cōplexa. ſilr̄ aūt ꝛ eē nō ꝯſiderandum aut hoc ꝛ determinandum melius.

Cōſequēter docet qūo ſumēdi ſunt termini in reductiōe taliū: ꝛ ꝓbat ſic. p° dicit ꝙ termini ponendi ſunt ſm rē: q̄uis ꝓpōnes accipiēde ſint ꝑ vr̄ias obliquoꝝ. ꝛ hoc eſt (Similr̄ h̄ aūt.) 2° addit quot modis accipiēde ſūt ꝓpōnes dicēs ꝙ ꝓpōnes tā affirmatiue q̄ꝫ negatiue accipiēde ſunt tot modis quot modis ꝯuenit accipere p̄dicata reſpectu ſubiectoꝝ: ſiue p̄dicata ſint cū determinatiōe: ſiue ſimplr̄ accepta: ſiue ēt ſint ſimplicia: ſiue cōpoſita: ꝛ h̄ eſt (Ineē āt h̄ huic.) In fine āt tanq̄ꝫ pro epilogo dicit reſpiciēs oīa p̄dicta de iſtis erroribus accītibus faciet reductionē melius. q.d. ſꝫ p̄dicta documēta cōſiderādū ē termīos ī reductiōe ꝛ corrigēdū ē acceptionē ſi icōueniēter accipiant̄. ꝛ h̄ eſt (Cōſiderādū āt h̄.)

Dubitatur hic primo an de obliqs ſyllr̄i poſſit vel nō. videt̄ enim ꝙ nō. eadē eniꝫ eſt mā ꝓpōnis ꝛ enūciatiōis: q2 ipſe eedē ſunt in ſubto: ſꝫ enūciatiōis pn° mālia ſūt. ſ. nomē ꝛ vbū. q̄re ꝓpōnis ſilr̄. ſꝫ nomē ſolū rectū eſt ꝛ vbū ſimilr̄. q̄re ex obliquis nō fiet ꝓpō ſyllr̄ica ſicut nec enūciatio. Adhuc ꝓpō — Dubium
reſoluit̄ in termīos q ſunt ſubm ꝛ p̄dicatū ſic p̄babitū eſt. ſꝫ ſubyci vel p̄dicari nō pōt niſi rectū. q̄re ꝓpō reſoluit̄ in rectum. ꝯſtat ḡ ꝙ ex his cōponit̄. Adhuc ſi — 2°
obliquus ſit ſubm in ꝓpōne h̄ erit: aut q2 ſubycit̄ diſtributiōi. ꝛ ſi h̄ ē ſic: tūc dicēdo. boni ē diſciplina. h̄ qd̄ dico boni nō eēt ſubm: q2 nō ſubiacet diſtributiōi. q̄re vr̄ ꝙ ſubm in ꝓpōne nō erit obliquus. Et dōm ꝙ ſyllr̄i — 3°
pōt ex obliqs ꝛ accipi ꝓpō ſyllr̄iſtica in eis. Et rñdēdū ad p^m ꝙ enūciatiōis ſꝫ ꝙ huius: ꝛ ꝓpōnis ſꝫ ꝙ ꝓpō nō eſt neceē eadē eē pn° mālia. ꝓpō eni in rōne ꝓpōnis pōt habere pro ſubto qd̄ enunciatio ſm ꝙ hō hꝫ pro determinatione ſubiecti: ſicut patet in hac ꝓpoſitione. oīum oppoſitoꝝ eadē eſt diſciplina. ſi cōſiderent̄ pncipia eius ſm ꝙ ꝓpō eſt ꝛ ſm ꝙ enunciatio eſt. pōt eni ꝓpoſitio hēre ſubm ſm obliquū ꝛ ſm rectos: ſꝫ enūciatio ſolum ſꝫ rectū. ꝛ h̄ eſt qd̄ ſolet dici: ꝛ bene ꝙ duplex eſt ſubm — Ad p^m
. ſ. ꝓpōnis ꝛ enūciatiōis. Ad 2^m dōꝫ: ꝙ in ꝓpōne aliō ſubyci pōt q̄ꝫ rectū: q̄uis in enūciatiōe nō. Ad 3^m dicit̄ obliquū eſſe ſubm ꝓpōnis: nō q2 ſubyciat̄ alteri neqꝫ ſubiaceat diſtributiōi: ſꝫ q2 ſubiacet reſpectu alicuius predicati de eo: cū quo in cōpoſitione ad alteꝝ facit habitudinē ſyllr̄icā. ꝓpō eni cuius tale ſubm eſt ordinationē hꝫ in ꝓceſſu ſyllr̄iſtico. — Ad 2^m / Ad 3^m
Sed tūc dubitat̄ ſi ex obliquis ſyllr̄et̄. q̄re modū ſyllr̄andi in eis nō tradit Ari. ſuperius vbi determiauit gn̄ōnē ſylloꝝ: ꝛ quare determinat ipm̄ hic. Quare ēt nō determinat mixtā gn̄ōnē ſyllogiſmoꝝ ex obliqs ꝛ rectis. Ad h̄ dōm ꝙ ſupius cū determinauit ſylloꝝ gn̄ōnē nō deſcēdebat ad māꝫ niſi que q2 diuerſificat modū ꝛ formā ſyllr̄andi: talis āt nō eſt obliquū ꝛ rectū. ꝛ iō nō determinauit ſuperius modū ſyllr̄andi ex obliquis ꝛ rectis diuiſim. q2 idē eſt modus ſimplr̄. hic āt determiat qūo ſyllr̄et̄ ex obliqs magis incidenter q̄ꝫ pncipalr̄: q2 eni hꝫ determinare difficultatē ꝛ reductionē taliū ſylloꝝ ne ignoret̄ q̄liter fiant hō ſyllogiſmi. docet h̄: nec etiā determinat mixtionē ex obliquis alr̄ q̄ꝫ ibi: aliqñ eſt vna de recto ꝛ alia de obliquo q2 penes talē mixtionē nō gn̄ātur diuerſitas in forma ꝛ potentia ſyllr̄i niſi forte fuerit accītalis valde. Adhuc dubitaret forte aliqs q2 videt̄ talis ſyllr̄s fallere ꝑ diuerſitatē medij que cāt deceptionē: vt cū dr̄. oīuꝫ oppoſitoꝝ eadē eſt diſciplina. ſanū ꝛ egrū ſunt oppoſita. — p°

2° ¶ Adhuc dispõ pͤ figure nõ tenet vbi accipiat minor sub medio: sȝ dicat̃ .phia est disciplina ğ boni est phia.
Ad pᵐ minor nõ vr̃ eẽ sub medio. ¶ Et dõm ad pᵐ ꝙ talis diuersitas medij que est ꝑȝ obliquũ ꞇ rectũ nõ est nisi ꝑȝ accñtales modos itelligẽdi. ꞇ h̃ diuersitas nõ causat diuersitatẽ in cõpõne ẽẽntiali medij ad extrema. ꞇ iõ talis diuersitas medij nõ ĩpedit syllm̃.
Ad 2ᵐ ¶ Ad 2ᵐ dõm ꝙ nõ semꝑ accipit̃ minor sub medio in pᵃ figura sic̃ subsistens ꞇ in linea ꝑdicabili: sed sufficit ꝙ ꝑȝ rõnẽ accipiatur sub eo quoquo mõ vere se hẽat mediũ dcĩ de eo. ꞇ iõ satis bene accipitur bonũ sub phia: ꞇ bonᵘ est sylls.

Dubium **Adhuc** forte dubitat̃ de eo qõ dicit: ꝙ vtraqȝ pmissarũ sumpta in aliquo ꝯ põt eẽ de recto. ex hoc eni seqt̃ ꝙ ꝯclõ neutri pmissaꝝ assimilet̃: cuiᵘ oppᵐ est veꝝ ꝑm Ari. ¶ Et dõȝ ꝙ q̃uis dissimilis sit ꝯ pmissis penes obliquũ ꞇ rectũ: tñ siles sunt ꝑm ĩherẽtiã: ꞇ ꝑȝ h̃ ꝙ vtraqȝ est de ineẽ: ꞇ talis sĩlitudo sufficit ad notandũ ꝙ hec diuersitas maĩs q̃ est ꝑȝ obliquũ ꞇ rectũ põt eẽ idifferẽter circa ppõnes de ieẽ ꞇ circa ppõnes õ mõ.

Dubium **Adhuc** q̃rit̃ q̃re nõ docet syllare ex oĩbᵘ obliqs: qꝛ nõ ĩ ablatiuo: q̃re ẽt nõ ꝑ accusatiuũ ꞇ vocatiuũ. ¶ Et dõm ꝙ greci nõ habuerũt ablatiuũ: sȝ vsi sunt loco eiᵘ genitiuo ꞇ datiuo. ꝑ vocatiuũ ẽt nõ: cũ de illo fiat ppõ in q̃ nõ est ṽitas neqȝ falsitas. ꞇ iõ de his nõ ꝯuenit Ari. Et sciẽdũ ꝙ in ťmĩs q̃s ponit satis põt exẽplificari de accusatiuo si accipiat̃ ṽbum trãsitiuũ. ¶ Si ãt q̃rit̃ q̃re nõ docet syllare ex obliqs per tres figuras. Sciẽdũ ꝙ qõ tẽtatiua est. exẽpluȝ eni illud motionis. hõ est motᵘ ꞇc̃. facit syllm̃ 2ᵉ figure. ꞇ vltimũ exẽplũ cũ dicit. ꝙ deo nõ est tp̃s oppoⱥtunũ: facit syllm̃ 3ᵉ figure. alia ãt exẽpla sunt ꝑ pmã figuraȝ. ꞇ ita docet in oĩ figura syllogiçare ex obliquis per exempla que ponit.

REduplicatũ aũt in ppõnibᵘ ad primã extremitatẽ ponẽdũ: nõ ad mediũ. dico aũt vt si fiat sylls: qm̃ iustitia est disciplina in eo ꝙ bonũ ad primã extremitatẽ ponẽdũ. Sit eni. a. disciplina qm̃ bonũ in quo. b. bonũ. In quo ṽo. c. iustitia: ğ. a. veꝝ est de. b. ꝑdicari: nã disciplina boni est qm̃ bonũ: ꝑ ꞇ. b. de. c. nã iustitia qdẽ bonũ. sic ğ fit resolutio. si ãt ad. b. põat̃ qm̃ bonũ nõ erit sylls. nã. a. qdẽ de. b. veꝝ erit. b. ãt de. c. nõ erit veꝝ. Nã bonũ qm̃ bonũ ꝑdicare de iustitia falsum ꞇ nõ intelligibile. Similr̃ aũt ꞇ si salubre ostẽdat̃ qm̃ disciplinatũ est in eo ꝙ bonũ: aut hyrcocerũs in eo ꝙ nõ existẽs: aut homo corruptibile in eo ꝙ sensibile: in oĩbᵘ eni super ꝑdicatis ad extremũ maius reduplicatio ẽ ponẽda.

Postq̃ mouit difficultates ꝯtingẽtes circa pnᶜᵒˢ termios. In hac pte remouet difficũltates ꝯtingẽtes circa aliqd ãnexũ pncipalibᵘ terminis. ꞇ h̃ dico in reductiõe duaꝝ ppõnũ in terminos tres. diuidit̃ ãt in duas. in pᵃ remouet difficultatẽ ꝯtingẽtẽ circa annexũ ꝑdicato. in 2ᵃ cũ dicit (Nõ est ãt idẽ neqȝ eẽ.) remouet difficultatẽ ꝯtingẽtẽ circa aliqd ãnexũ subĩo. pᵃ in duas. in pᵃ remouet difficultatẽ ꝑdictã. in 2ᵃ cũ dicit (Opȝ ãt accipere.) determinat q̃dã idoneitateȝ circa h̃. Notãdũ ğ ꝙ ãnexũ ipsi ꝑdicato reduplicatio est de q̃ ĩtẽdit determiare quõ faciẽda est reductio in q̃tuor terminos in syllõ vbi accipit̃ reduplicatio. ꞇ diuidit̃ in duas. in pᵃ docet quõ reducẽdũ est vbi fit reduplicatio medij. in 2ᵃ cũ dicit (Nõ est ãt eadẽ põ.) vbi est reduplicatio minoris extremitatis. in pᵃ sic ꝓcedit. p̃ pponit ꝯnẽ intẽtã dicẽs: ꝙ reduplicatio medij dȝ poni ad maiorẽ extremitatẽ ꞇ nõ ad mediũ in reductiõe faciẽda: ꞇ h̃ est (Reduplicatũ ãt.) 2ᵒ ea oñdit: ꞇ ꝓcedit sic. pmo ostẽdit ꝙ reduplicatio medij ponẽda est ad maiorẽ extremitatẽ eo ꝙ ipsa sic posita fit sylls: ppõnibᵘ existẽtibᵘ veris sic. boni est disciplina iquãtũ bonũ. iustitia est bonũ. ğ iustitie est disciplina iquãtũ bonuȝ. Ex q̃ ꝯcludit ꝙ facta reduplicatiõe medij talis est ꝯueniẽs resolõ in termios. s. vt pmᵘ terminᵘ ponat̃ maior extremitas cũ reduplicatiõe medij. ꞇ secũdus minor extremitas. 3ᵐ ãt ipm mediũ absolute. ꞇ h̃ est (Dico ãt vt si fiat sylls.) 2ᵒ oñdit ꝙ reduplicatio medij nõ dȝ poni ad medium: eo ꝙ nõ erit sylls ex veris. sic eni dicẽdo. boni iquãtuȝ bonũ est disciplina. Iustitia est bonũ iquãtum bonuȝ. erit minor ppõ falsa ꞇ nõ itelligibilis: ꞇ huiᵘ cã patebit ꝯsequẽter. ꞇ h̃ est (Si ãt ad. b. ponat̃) Tertio redit ad magis declarãdũ quõ fit sylls reduplicatiõe medij posita ad maiorẽ extremitatẽ. ꞇ ponit ibi tres ꝯnes. q̃ruȝ pᵃ sic ꝯcludit̃. oẽ bonũ est disciplĩatũ iquãtũ bonũ. salubre ẽ bonũ. ğ salubre est disciplinatũ iquãtũ boᵐ. ꞇ h̃ ẽ (Silr̃ ãt ꞇ si salubre.) 2ᵃ sic ꝯcludit̃. oẽ nõ exñs ẽ opiabile inquãtũ nõ exñs. hyrcocerũᵘ ẽ nõ exñs. ğ ẽ opiabile iquãtũ ñ exñs. ꞇ h̃ ẽ (Aut hyrcocerũᵘ.) Tertia sic ꝯcludit̃. oẽ sensibile est corruptibile iquãtũ sensibile. hõ est sensibilis. ğ hõ ẽ corruptibilis iquãtũ sensibilis. ꞇ h̃ ẽ (Aut hõ corruptibilis.) accipiunt̃ hec tria exẽpla sic. vltimo accipit̃ in termis ẽẽntialibus ꞇ alia in accñtalibᵘ: ita ꝙ pᵐ in his vbi iueẽ simplr̃. 2ᵐ ãt vbi inesse ꝑm quid.

¶ Nõ est aũt eadẽ positio terminoꝝ qñ simpliciter qdẽ syllogizatũ ꞇ qñ h̃ quid aut quo aut q̃õ. Dico aũt vt qñ bonũ scibile ostensuȝ fuerit ꞇ qñ disciplinatũ qdẽ bonũ: sed siquidẽ disciplinatũ ostensum est: medium ponendum est ens: si autem bonum ens quidem.

¶ In hac pte intẽdit Ari. determinare quõ reducẽdum est in terminos vbi fit reduplicatio minoris extremitatis. ꞇ diuidit̃: qꝛ p̃ narrat. 2ᵒ narratũ mãifestat in exemplis. ibi 2ᵒ (Sit eni. a. qdeȝ.) in pᵒ sic ꝓcedit. p̃ dicit in gñali ꝙ ad ꝯcludendũ maiorẽ de minori cũ aliq̃ reduplicatiõe: aut alia ꝯditiõe determĩatiõis alia ꞇ alia exigit̃ terminoꝝ dispõ: ꞇ intelligit cũ dicit (Qñ h̃.) ꝯdictionẽ factã ꝑ reduplicationẽ aliq̃ȝ. per hoc ãt qõ dicit (Aut quõ.) ꝯdictionẽ ad ptẽ in mõ. ꞇ h̃ est (Nõ est ãt eadẽ.) 2ᵒ magis explanat dicẽs: ꝙ alia ꞇ alia erit terminoꝝ dispõ ad ostẽdendũ maiorẽ extremitatẽ de minori cũ reduplicatiõe minoris ꞇ sumendũ est mediũ cuȝ reduplicatiõe minoris. ꞇ h̃ est (Dico ãt vt qñ bonũ.) ꞇ itelligit per bonum minorẽ extremitatẽ: cum sit subĩm ꝯnis. per h̃ ãt qõ dicit disciplinatum maioreȝ extremitatem simplr̃. per disciplinatum inquãtum bonuȝ. maiorem extremitatẽ cum reduplicatione minoris. per h̃ qõ dicit (Ens.) mediũ simplr̃ dcm̃. per h̃ qõ dicit. (Qõ ens.) medium ꝯctum per reduplicationẽ minoris.

¶ Sit enim. a. quideȝ disciplina: qm̃ quid ens: in quo aũt. b. ens quid ꞇ in quo autem bonuȝ: verum aũt de. b. predicari erat eniȝ disciplina alicuius entis qm̃ quid ens: sed ꞇ. b. de. c. naȝ in quo. c. bonũ quid. quare ꞇ. a. de. c. erit ergo disciplina boni qm̃ bonũ: erat eni qd ens ppriẽ substantie signũ. Si aũt ens mediũ sit positũ:

ꞇ ad exemplũ

τ ad exemplū ens simplr. τ nō quid ens dcm̄ sit nō erat sylls. qm̄ disciplina est boni qm̄ bonū: sed qm̄ ens. vt si sit in quo. a. disciplina qm̄ ens in quo. b. ens. in quo. c. bonū. manifestū ḡ qm̄ in ꝑticularib⁹ syllis sic sumēdi sūt termini.

¶ Cōsequēter narrata manifestat in exēplis. τ diuidit. qz p° ondit quo mō ponēda est reduplicatio minoris cū medio ad syllogiçādū maiorē extremitatez de minore cū reduplicatiōe minoris. 2° ostēdit ꝙ reduplicatione minoris nō posita ad mediū nō syllabit maior extremitas cū reduplicatiōe minoris. in p° sic ꝓcedit. p° iponit terminos τ facit syllos. sit enī minor extremitas bonū: mediū aūt ens īquātū bonū. maior aūt extremitas disciplinatū īquātū bonū: τ erūt sic sylli. entis īquātū bonū est disciplina īquātū bonū: sꝫ bonū est ens inquātū bonū. ḡ bonū est disciplina īquātū bonū. Et nō ꝙ aliqñ tāgit pōnem terminoꝝ gnālr. s. ꝙ maior extremitas sit bonū vł aliqđ spāle ens ꝯsimile: verūtn̄ semꝑ ponendo ꝯnē ponit bonū pro minore extremitate. ꝑ h ḡ qđ dicit (Disciplina qm̄ qd ens.) itelligēdū est maiorē extremitatē cū reduplicatiōe alic⁹ spālis entis. s. cū reduplicatiōe. est enī minor extremitas ꝯtētum sub ente qđ qdē ens est mediū. ꝑ h āt qđ dicit (Quid ens vł aliqđ ens) itelligēdū est mediū cū reduplicatiōe minoris specifice mediū. τ h est (Sit. n. a. qdē.) 2° ad ꝯfirmādū ꝯnīā ꝯnis dicit ꝙ reduplicatio minoris sup mediū signū ē. q maior extremitas ꝯueniat minori cēntialr: τ ita cū reduplicatiōe minoris h est ꝯclusuz. τ h est (Erat. n. qd ens.)

¶ Cōsequēter manifestat ꝙ si reduplicatio minoris nō ponit ad mediū: nō ꝯcludet maior de minore cū reduplicatiōe minoris dicēs ꝙ si ens simplr sine reduplicatione minoris fuerit mediū τ maior extremitas fuerit qđcūqz ens: nō syllabit maior de minori cū reduplicatiōe minoris: sꝫ poterit syllari cū reduplicatiōe medij: si ipsa fuerit ei apposita in maiori ꝑpōne. v. g. sit mediū ens: minor extremitas bonū: maior extremitas disciplina: qm̄ ens erit sylls sic. entis est disciplina īquātū ens: bonū est ens. ḡ boni est disciplina īquātū ens. τ h ē (Si sit ens mediū.) ¶ Cōsequēter epilogādo ꝯcludit ꝙ in syllis ꝯctis τ ꝑticularitatis ꝑ reduplicationem in reductiōe sic sumēdi sunt termini. s. ꝙ cū ē reduplicatio medij tūc dꝫ vn⁹ terminoꝝ eē maior extremitas cū reduplicatiōe medij: τ alius ipm mediū: terti⁹ āt minor extremitas qñ fit reductio minoris existentis tunc debet vn⁹ terminoꝝ poni maior extremitas cū reduplicatiōe minoris. τ ali⁹ mediū cū reduplicatiōe minoris. τ terti⁹ minor extremitas absolute. τ h est (Manifestū ḡ qm̄.)

¶ Oportet aūt ꝑmutare que idem valeant nomina pro nominibus. τ orationes pro orationibus τ nomē τ orationē τ semꝑ pro oratione nomē accipere. facilior enī est terminoꝝ expositio vt si nihil differt dicere suspicabile nō esse genus opinabilis aut nō esse idē ꝙ suspicabile qd opinabile. Nam idē signū ꝑ orōne dicta suspicabile τ opinabile termini ponēdi sūt.

¶ Hic determinat quādā idoneitatē ꝑdictā: τ diuidit in pn̄s τ icidēs. in pn̄s docet ꝙ in reductiōe in tres terminos opꝫ accipere terminū τ orōnē h mō ꝑ se inuicē: vt terminus notior accipiat ꝑ minus notore, orō notior ꝑ minus nota: τ vlr ꝑ orōne q̄ dꝫ accipi terminus: accipiēdū eē terminū simplicē. τ h dicō si ꝯtigat qđ supi⁹ docuit. De nō sꝫ sunt q̄rēdi termini simplices. τ addit eīm dui⁹ dicēs ꝙ facilior fiet resolo ꝑ hūc modū: τ exēplificare de h ꝙ dic (De cū idē significet h orō.) suspicabile nō est gen⁹ opinabilis: cū ista opinabile nō est spēs suspicabilis: nō est in reductiōe ponēda tota orō: sꝫ pro ipsa ponēdi sūt termini. s. suspicabile τ opiabile. τ h ē (Opꝫ āt τc.)

¶ Qm̄ vero nō est idē esse voluptatem bonum τ esse voluptatem qđ bonum non simplr in terminos. Sꝫ si est sylls qm̄ voluptas est bonum terminū ponendum bonum. Si aūt qm̄ qđ bonū qđ bonum similiter τ in alijs.

¶ Seqt icidēs in q̄ remouet dubitationē. qz. n. dixit ꝙ ꝑ orōne ponēdus ē terminus simplex. ponēdus eēt ꝑ maiore cū reduplicatiōe minoris. τ h remouet dicēs. De nū q̄ꝫ ꝑ termio sūpto cū reduplicatiōe ponēdus ē ali⁹ terminus q̄ꝫ idē cum reduplicatiōe: nec debet trāsferri in terminum simplicem. τ h est (Qm̄ vo non est idem.) τ intelligēdū est per bonū maiorē extremitatē simplr. τ per qđ bonū maiorē extremitatē cū reduplicatiōe.

Dubitaret forte aliqs p° c⁹ ꝓpetas siue ꝯditio ē reduplicatio. vtꝝ. s. subti an ꝑdicati. Dubium τ vł ꝙ subti: qz reduplicatio dic cāz existē in subto. q̄re ꝑdi⁹ ei iest. τ iō vł ꝙ circa subz hꝫ fieri: q̄ ē cā quā enūciat. ¶ Adhc distributio qz fieri hꝫ circa opposita ipsi⁹ 2° subti: vł ḡ eadē rōne cū reduplicatio sit ipsi⁹ subti ꝓpetas subti erit. v. g. hō īquātū hō ē aīal τ hō. ¶ Adhuc h 3° dcō ꝑꝫ ꝙ ipꝫ idē dic cū reductiōe: sꝫ ipa ē ꝯditio subti q̄re τ reduplicatio. ꝓbō minoris. si dico hō ē aīal ſm ꝙ ipꝫ ē. si ꝑꝫ ꝙ ipm ē ꝑdi^m ꝓpō ē fl̄a: qz sigīat ꝙ hō sit oē aīal: si refert subz τc h qđ dico ꝑꝫ ꝙ ipꝫ ē ꝓpetas subti. ¶ Adhc si rduplicatio sit ꝯditio ꝑdi^{ti} τc erit sic ponēda 4° rduplicatio. h ē aīal īquātū aīal: τ sic sp erit ꝓpō fl̄a cū reductiōe. ¶ Ad opp^m sic. iherētia ē q̄dā relō q̄ ad subz i oppo^m terminat: τ a pte^m ichoat: sꝫ reduplicatio ōnotat cāz h⁹ iherētie: q̄re reduplicatio ōnotat hītudinē ichoatā a ꝑ^{to}, τ terminatā ad subz. q̄re p° ꝯditio ē pte^{ti} τ circa subz hꝫ fieri. τ h ꝯcedēdū ē. ¶ Ad p^m dōꝫ dōꝫ ꝙ q̄uis ꝑ rduplicationē ōnotet cā existie i subo h n̄ ē abso^{te} sꝫ īquātū ꝑ Ad p^m illā iest ꝑdi^m. vn̄ ōnotat cā eē i subto ipsi⁹ iherētie pte^m τ iō magis circa ꝑdi^m nata ē poni reduplicatio q̄ꝫ circa subz. ¶ Ad 2^m dōꝫ ꝙ lec⁹ ē ō distributiōe τ reduplica- Ad 2^m tiōe. distributio. n. ē ipsi⁹ subi i cōpōne ad ꝑdi^m τ hitudo ꝑ distributionē ad sigīata icipit a subto tēdēs i ꝑdi^m: τ iō addit ad subz. reduplicatio āt ē ēꝯ: qz sigīat cāz iherētie q̄ qdē iherētia icipit a ꝑdi^{to} τ terminat ad subz: τ iō addit pte^{ti} ꝓpe. ¶ Ad 3^m dōꝫ ꝙ h ōterminatio ꝑꝫ ꝙ ipꝫ ē Ad 3^m ꝓpetas pte^{ti} sic τ reduplicatio: sꝫ ꝙ n̄ sit pte^{ti} absolute: imo i cōpōne ad subz. sigīat h rōm ipm faciēs relōnē ad subm. ¶ Ad 4^m dōꝫ ꝙ reduplicatio nō terminat ipꝫ Ad 4^m ꝑdi^m: q̄uis sit addēda ad ꝑdi^m: sꝫ terminat ipm subz sup ꝑdi^m: τ sic hō ē aīal īquātū hō n̄ absolute dispō ipsi⁹ ꝑ^{ti} ē sꝫ i cōpōne ad subz: vt dcm̄ ē. ¶ Vero ꝙ rduplicatio sit ꝯditio ad ꝑdi^m addēda: q̄ril vtꝝ fiat sylls i aliq̄ figura cū reduplicatiōe maioris. sic cū reduplicatiōe medij vł minoris: qz ō h n̄ fac Ari. mētionē. ¶ Et dōꝫ ꝙ iȝ eo ꝙ i oī figura in ꝯne ꝑdicat maior extremitas. ꝙ si sumeret cū reduplicatiōe reduplicaret ꝑdi^m sup subm: qđ est ꝯ nāꝫ reduplicatiōis. Quia sic dcm̄ ē reduplicatio refert subm sup ꝑdi^m. ¶ Adhuc si fiet in p° figura vł 3° reduplicatio ꝑdi^{ti} sup subm: qđ ē icōueniēs sic pꝫ ꝯsideranti in 2° āt figura nō pōt maior extremitas: sꝫ subiciat reduplicari sup mediū in vtraqꝫ ꝓpōne: eo ꝙ subm maioris ꝓpōnis τ subm minoris opp^m hit in 2° figura. vn̄ nō erunt pmisse ambe vere sicut in reduplicatiōe maioris. Nullū malū est eligenduz inquātū malū. Omne

bonũ est eligẽdũ inquãtũ bonũ. pꝫ igiť ꝙ nunq̃ syllaŕ cũ reduplicatione maioris existẽtis: ⁊ pꝫ post cã.

Dubiũ

Cõsequẽter forte quereť cum ꝯtingat negatiue syllare cũ reduplicatione sicut ⁊ affirmatiue. q̃re nõ docet h̃ Ari. ⁊ ꝙ ꝯtigat palã ẽ in exẽplo sic. nullũ eligẽdũ est malũ inquãtũ eligẽdũ. Omne bonũ est eligẽdũ. ergo nullũ bonũ est malũ inquãtũ est eligẽdũ. h̃ iã fcã est reduplicatio mediȷ. fit ẽt reduplicatio minoris sic. nullũ corp⁹ inquãtũ egrũ est sanũ. inquãtũ egrũ oẽ egrũ est corp⁹ inquãtũ egrũ. ergo nullũ egrũ est sanũ inquãtũ egrũ. ¶ Ad hoc dõm ꝙ Ari. nõ itẽdit h̃ docere modos syllãdi cũ reduplicatiõe: sed tñ intendit q̃uo in terminos faciẽda est reductio duaꝝ ꝓpõnũ vbi sumiť reduplicatio. ⁊ iõ nõ determiat q̃uo syllogizatur negatiue cum reductione. h̃ enim qd̃ intendit sufficienter patet per syllogismum affirmatiuũ reduplicatoriũ.

Dubiũ

Alterius forte quereť. vtrũ cũ reduplicatiõe mediȷ ⁊ minoris ꝙ opꝫ figuras syllari. pma enĩ põt sicut docet Ari. sed qd̃ est. vtꝝ siliť põt in scda ⁊ 3ª. ¶ Et dõm ꝙ in 2ª figura fieri põt minoris reduplicatio in minore ꝓpõne: sꝫ nõ põt fieri ibi reduplicatio mediȷ. in 3ª figura ecõuerso fit reduplicatio mediȷ: sed nõ minoris. ⁊ h̃ pꝫ sic. Si in 2ª figura fiat reduplicatio mediȷ: aut ille poneť ad mediũ: ⁊ erit ẽt ꝓpõ falsa. Qꝛ mediũ ꝑdicať: ⁊ tũc siet reduplicatio ꝑdicati ad ꝑdicatũ sic. nullũ malũ est eligẽdũ inquãtũ eligẽdũ: aut illa ponať ad maiorẽ extremitatẽ q̃ subijciť medio: qd̃ etiã est incõueniẽs. vt si dicať. nullũ malũ inquãtũ eligẽdũ est eligẽdũ: ⁊ pꝫ ꝙ h̃ est falsa. Qꝛ sigñat oppositũ eẽ cãꝫ oppositi. potest tñ fieri minoris reduplicatio in minore ꝓpõne ⁊ ꝯcludi cũ reduplicatiõe minoris sic. nullũ malum est eligẽdũ: sed oẽ bonũ est eligendũ iquãtũ bonũ. ergo nullũ bonũ est malũ inquãtũ bonuꝫ. In 3ª aũt figura põt ꝯcludi: aut enĩ apponeť ad miorẽ extremitatẽ que ꝑdicatũ aut ad subm. s. ad mediũ: ⁊ vtroq̃ mõ ꝓpõ erit falsa sicut pꝫ ꝯsideranti in ꝑdictis terminis. pꝫ ergo ex his ꝙ tñ in pª figura fit vtraq̃ reduplicatio. Sed ꝯ. syllus scde figure descẽdit a syllo pme ꝯuersa miore. ergo cũ fiat syllo negatiu⁹ in pª cũ reduplicatiõe mediȷ ꝯuersa miore que negatiua est erit 2ª figura cum reduplicatiõe mediȷ. v. g. nullũ eligẽdũ est malũ iquãtũ eligẽdũ. Oẽ bonũ ẽ eligẽdũ. ergo nullũ eligẽdũ ⁊c̃. ꝯuersa maiore fiet 2ª figura. ¶ Et dõm ꝙ nõ põt ex tali syllo reduplicante mediũ in pª descẽdere sylls scde manẽte reduplicatiõe mediȷ. Qꝛ nõ ꝯuertiť maior manẽte illa reduplicatiõe sed bene ꝯuertiť acceptis terminis ꝑncipalib⁹ sine reduplicatiõe. bene enĩ diciť: nullũ malũ est eligẽdũ. ⁊ eꝯ nullũ eligẽdũ est malũ. Siliť bene diciť. nullũ malũ est eligẽdũ inquãtũ malũ: sed nõ eꝯ nullũ eligẽdũ inquãtũ malũ est malũ. ¶ Sꝫ ꝯ tũc sequiť ꝙ aliq̃ vlis negatiua nõ ꝯuertať simplr. qd̃ est ꝯ Ari. ¶ Adhuc in ꝯuersiõe faciẽda obseruãdũ ꝙ termini stent sub eisdẽ determinatiõib⁹ in ꝯuertẽte ⁊ ꝯuersa; ⁊ ita si fuerit reduplicatio posita ad ꝑdicatũ ꝯuersa ꝓpõne erit eadẽ reduplicatio ad subm qd̃ ꝑus erat ad ꝑdicatũ: ⁊ ita fiet ꝯuersio vlis negatiue manẽte reduplicatiõe. ¶ Et dõm ꝙ ois vlis negatiua ꝯuertiť. Sꝫ sciẽdũ ꝙ q̃dã sunt determinatiões que disponũt subm vel ꝑdicatũ: id qd̃ est tales debẽt manere cũ termino post ꝯuersionẽ. cui⁹ sũt albuꝫ nigrũ ⁊ ꝯsimilia. q̃dã aũt disponũt subm iquãtũ subm: q̃dã ꝑdicatũ inquãtũ ꝑdicatũ: ⁊ tales cũ terminis in cõuersiõe nõ manent: si. v. g. sic dicã. Ois hõ est aial. h̃ qd̃ dico ois cũ disponat subm inquãtum subm: si de subto fiet ꝑdicatũ ⁊ auferať ei rõ subti nõ amplius ei addiť ois. vñ sic ꝯuertiť. q̃ddã aial est hõ. siliť est h̃. nullus hõ est asin⁹: q̃cito enĩ hõ desinit eẽ subm relinq̃t dispõnẽ ei⁹ iquãtũ subm erat ⁊ ꝯuertiť sic. nullus asinus est hõ. eodẽ mõ est de reduplicatiõe ex pte ꝑdicati. reduplicatio ꝯditio ꝑdicati est in cõparatiõe ad subm: ⁊ inquãtũ ꝑdicatũ est: ⁊ iõ desinit eẽ reduplicatũ q̃cito desinit eẽ ꝑdicatũ. vñ si ꝯuertať ⁊ fiat ꝑdicatũ subm. nõ amplius erit reduplicatio cũ eo. ⁊ iõ sic ꝯuertiť. nullũ maluꝫ est eligẽdũ: inquãtũ malũ. ergo nullũ eligẽdũ est malũ. vł sic. nullũ eligẽdũ est malũ inquãtũ eligẽdum: ita ꝙ semꝑ fiat reduplicatio subti ad ꝑdicatuꝫ. aliter enĩ erit ꝓpõ falsa: ⁊ aliq̃ñ nugatoria. ¶ Ex his manifestuꝫ est q̃d sit reduplicatio: ⁊ cui⁹ ꝓprietas: ⁊ ꝑ cui⁹ reduplicationẽ est syllare in oi figura: ⁊ per cui⁹ reduplicationẽ nõ. pꝫ ẽt ꝑ ꝑdicta: q̃re reduplicatio mediȷ poniť ad maioreꝫ extremitatẽ: qꝛ reduplicatio dꝫ fieri ipsi⁹ subti suꝑ ꝑdicatuꝫ ⁊ maior ꝑdicari de medio. ⁊ ꝑ h̃ ẽt pꝫ rñsio ad q̃ddã q̃sitũ. s. q̃re reduplicatio mediȷ nõ poniť ad minorẽ extremitatẽ. mior enĩ nõ ꝑdicať de medio. dico in pª figura, ⁊ iõ ei nõ apponiť. ¶ Sed nũc dubitať de dictis in littera. ⁊ pmo de h̃ qd̃ dicit ꝙ posita reduplicatiõe ad mediũ erit minor ꝓpõ falsa. cũ enĩ eadẽ reduplicatio mediȷ ponať ad mediũ in maiori ꝓpõne: sꝫ illa reduplicatio mediȷ posita cũ medio fecit minorẽ falsam. ergo eadeꝫ cã faciet maiorẽ falsam. ¶ Et dõm ꝙ reduplicatio aliq̃ cui⁹ termini sigñat tñ cui⁹ fit reduplicatio vlr ꝯuẽire alteri: q̃ñ ergo in maiori dr. Oẽ bonũ inquãtũ bonũ est disciplinatũ sigñat bonũ vlr accipi. Quare sigñať inferi⁹ accipi vlr sub suo supiori: ⁊ h̃ icõueniẽs nõ est: ⁊ iõ maior va. verũtñ sciẽdũ ꝙ reduplicatio illa ꝑrius poneť cũ ꝑdicamẽto q̃ꝫ cũ subto. Qñ aũt in minori dr ꝙ iustitia est bonũ inquãtũ bonũ. sigñat supi⁹ vlr dici de inferiori sub h̃ itellectu iustitia est oẽ bonũ. sꝫ h̃ est falsuꝫ: qꝛ nõ est addẽdũ oẽ ad ꝑdicatum: ⁊ sic pꝫ: quare minor falsa ⁊ non maior. ¶ Et dicendum ad obiectum ꝙ nõ sola additio reduplicationis ad mediuꝫ causat falsitatem; sed additio eius ad medium existens predicatuꝫ.

Dubiũ

Alterius forte dubitaret aliq̃s. q̃re mior ẽ ñ itelligibilis cũ tali ꝓpõne reduplicationis. q̃uis enĩ falsa sit ꝓpõ: vr̃ tñ ꝙ itelligi possit cũ apõ itellectuꝫ sit cõpõ ⁊ diuisio: circa q̃s vitas ⁊ falsitas. ¶ Et dõꝫ ꝙ ꝓpõ ẽ ñ itelligibilis: qꝛ sigñat idẽ eẽ sui cãꝫ: ⁊ eẽ ꝑus seipo. qꝛ cũ dr̃ iustitia est bonũ iquãtũ bonũ: itellr̃ est ꝙ iustitia est bonũ iquãtũ iustitia est bonũ. vbi idẽ sigñať esse sui cã: ⁊ ita ꝑus ſe qd̃ nõ esset intelligibile.

Dubiũ

Ultimo forte dubitabit ð exẽplo qd̃ põit: cũ reduplicatiõe mioris extremitatis. ibi. n. põit ens ꝑ medio: cũ tñ supi⁹ docuerit ꝙ nõ est accipiẽdũ ꝑ medio qd̃ ad oia seqť cui⁹ ẽ ens. ¶ Et dõꝫ ꝙ lꝫ ens absolute nõ possit eẽ mediũ ens tñ ꝯcrũ cũ reduplicatiõe mioris põt eẽ me^m i exẽplo Ari. Et sciẽdũ ꝙ q̃dã dicũt Ari. ibi intẽdere (Nõ ẽ eadẽ ꝑt terminoꝝ.) ꝙ facta i maiore reduplicatiõe mediȷ suꝑ maiorẽ extrẽitatẽ: ⁊ i miore reduplicatiõe mioris extrẽitatis suꝑ me^m ꝑt syllari maior extrẽitas de miore idifferẽter cũ reduplicatione mioris vel mediȷ sic. Oẽ q̃le ẽ disciplinatũ iquãtũ q̃le: oẽ bonũ bonũ ẽ q̃le iquãtũ bo^m: sꝫ illõ nõ vr̃ ꝯuẽiẽs itẽtiõi ei⁹: tũ qꝛ sic fieret syllo ex q̃buidã terminis. tũ qꝛ in textu semꝑ ponẽdo ꝯnẽ ponit maiorẽ extremitateꝫ cũ reduplicatiõe mioris sic. bonũ est disciplina iquãtũ bonũ: ⁊ iõ melior ẽ itẽtio dicta in lr̃a: vł in sentẽtia lr̃e.

Non est autẽ idem neq̃ esse neq̃ dicere q̃ñ cui. b. iest huic quoq̃ oi. a. inest. ⁊ dicere cui omni. b. inest huic quoq̃ oi. a. inest: ⁊ dicere cui oi. b. inest ⁊

inest ⁊.a.inest oi.nihil enim ꝓhibet.b.inesse.c. nō oi aūt: vt si sit.b.quidem pulchrum aliquid autē albū. Si igitur alicui albo inest pulchrū: sed nō oi fortasse. Si ergo.a.inest.b.nō oi aūt de quo.b.neqȝ si omni.c.inest.b.neqȝ si solū inest necesse est.a.inesse.c.nō q2 nō oi: sed nec inest ei qđ est.c.si aūt de quo.b.dicit̄ vere huic omni inest.a.accidet.a.de quo omni.b.dicit̄: de eo omni dici: si autē.a.dicatur de omni de quo.b.dicitur: nihil prohibet ei qđ est.c.inesse b.aūt non omni aut omnino non esse.

Hic intendit remouere difficultatē ꝯtingētē in reductiōe per ānexū subto.⁊ hec est distributio: ⁊ ꝓcedit sic.pͦ separat orōnē nō reducēdā ab orōne reducēda.2ͦ reducēdā reducit cū dicit (In trib⁹ ergo terminis ⁊c̄.) Est autē orō cui.b.inest illi.inest.a. nō reducēda: q2 pmo syllabilis est tanq̄ maior in pͣ eo q̄ pticularis est.hec autē cui oi.b.inest huic oi inest.a. vlis est ⁊ facit sylłm ⁊ in pͣ figura.⁊ iō reduci hȝ. intendit ergo rōnē talē ex hac cui.b.inest illi oi inest.a.nihil sequit̄ ex ista cui oi inest.b.huic oi inest.a.sequit̄ aliqđ ergo diuerse sunt ꝓpōnes.cui.b.iest ⁊c̄.cui oi iest.b. ⁊c̄. hui⁹ rōnis pͦ ponit ꝯnē.⁊ hͦ est (Nō est āt idē neqȝ ⁊c̄.) 2ͦ ondit pmissam.⁊ pmo pmā ptē hui⁹.scđo scđaȝ.pmā ptē sic ondit.pmo manifestat q̄ ꝯtingit aliqđ indefinite sumi sub.b.sicut signat hͦ ꝓpō.cui.b.inest ⁊c̄. dicens: sit albū.b.c.aūt pulchrū alicui albo insit.⁊ nō oi.b. alicui.c.inerit ⁊ nō oi: ⁊ ita poterit aliqđ sumi sub.b. indefinite: ⁊ si nō sumat̄ sub.b.vlr.⁊ hͦ est (Nihil enim ꝓhibet.) vel pōt dici q̄ in hac lr̄a cōmutat terminos suos ⁊ accipit̄.b.pro eo qđ prius dictū est.a.c.aūt pro eo qđ dictū est.vn̄ idē est ac si dicat nihil ꝓhibet.a.inesse.b. ⁊ si nō insit vlr oi.b.⁊ hͦ signat̄ per hāc orōnē.cui.b.iest ⁊c̄. scđo manifestat q̄ nihil sequit̄ ex tali ꝓpōne: q2.a. iest b.nō tn̄ vlr oi.b.sic hͦ significat.cui.b.inest ⁊c̄.nec necē est ꝯnē vlem nec pticularez sequi siue minor assumat̄ vlr siue pticulariter.⁊ hͦ est (Si g.a.inest.b.) quā lr̄am sic ꝯcludo.si g inest ⁊c̄.neqȝ necē est.a.i.nō necē est.a. supple inesse.c.⁊ hͦ dico nō solū supple: q2 non necē est nō.c.inesse.f.a.sȝ q2 nec necē est.a.inesse.c.simplr̄: sȝ q̄uis oi.c.inest.b.i.q̄uis minor sit vlis.neqȝ solū alicui.c. inest.b.i.q̄uis minor sit pticularis q̄si dicēs nō solū dico nō sequi ꝯnē: q2 nō sequit̄ ꝯclusio vlis: sȝ nec q2 pticularis.⁊ hͦ siue minor sit vlis siue pticularis. ¶ Cōsequēter ostēdit scđam ptē pmisse sue rōnis dicēs q̄ si.a.iest oi de quocūqȝ.b.dicit̄ q̄ signat per hanc ꝓpōnē oi cui b.iest ⁊c̄.tūc sequit̄ ꝯclusio necēio ita q̄ si.c.vlr sumat̄ sub.b.⁊.a.ei inerit vlr.si pticulariter ⁊.a.ei inerit pticulariter.⁊ hͦ est (Si aūt de q̄cūqȝ.) Deinde redit adhuc sup aliā ꝓpōnē ꝓhabitā dicēs: q̄ si.a.inest alicui ꝯtēto sub.b.⁊ illi vlr nihil ꝓhibet minorē sumi vnā.s.b. inesse c.sed nō seq̄t̄.a.inesse oi.c.nec ēt oino inesse.⁊ ita nulla sequit̄ ꝯclō.⁊ hͦ est (Si aūt.a.dicat̄) sic cōstrue (Si.a.dicat̄ de q̄lȝ.b.dicit̄).i.de aliq̄ particulari.b.ita q̄ de illo (Nihil ꝓhibet ⁊c̄.) iaȝ ostēsa est diuersitas inter istas ꝓpōnes cui.b.inest illi oi inest.a.cui oi.b.iest oi illi iest a.q2 ex pma nō sequit̄ aliqđ: ex scđa aūt aliqđ sequit̄.

¶ In trib⁹ ergo terminis manifestū q̄m de nullo.b.omni dicitur ⁊.a.dici hoc est de quocūqȝ b.dicitur de omni dici.a. ⁊ si.b.quidē de omni ⁊.a.silr̄.si āt nō de omni nō necesse est.a.de oi.

¶ Cōsequēter reducit illā que syllat ꝯnē dicens.q̄ manifestū est in terminis trib⁹ q̄n.a.dr̄ de oi.b.q2 si.b.iest oi.c.⁊.a.inerit oi.c.si āt.b.nō insit oi.c.sȝ alicui ⁊.a.non ierit oi.c.sȝ alicui.⁊ hͦ est (In trib⁹ terminis.) ¶ Dubitaret forte aliqs cū.b.ꝓpō cui.b.inest illi oi iest.a.hēat intellectū pticularis ꝓpōnis.⁊ ipse supi⁹ ostēdat satis ex tali maiore nō syllari in pͣ figura ad qđ hͦ ondit hͦ. Et pōt dici q̄ hͦ est pp silitudinez quā hȝ talis ꝓpō cū vli .s.cui oi inest.b.⁊c̄.q2 cū dr̄ cui.b.iest illi oi iest.a.signat aliqđ sumi sub.b.⁊ illi oi inesse.a.q2 idē est ac si dicat̄.a. inesse oi.b.hec g ꝓpō vlis est: reliq̄ āt hȝ quādā vlitatē.s. re⁹ ꝯtēti sub.b.sed nō re⁹.b.⁊ ita silitudinē hn̄t iste ꝓpōnes q̄ntū ad vlitatē q̄dā.⁊ iō ne putent̄ idē ondit illaȝ nō syllare aliqđ q̄ pticularis est s̄m rē. ¶ Adhuc dubitabit q̄re nō facit mētionē de illa que syllogizat negatiue in pͣ figura sicut de illa que affirmatiue.⁊ q̄re nō separat syllabile a nō syllogizabili.possuȝ.n. sic obuiare. cui nulli.b.inest illi nulli iest.a.⁊ cui.b.nō iest huic nulli iest.a.vl sic.cui nulli iest.b.illi oi iest.a.⁊ illi alicui nō iest.b.illi oi iest.a.vel sic.cui oi.b. iest illi nulli inest.a.⁊ cui iest alicui.b.illi nulli iest.a. Quare igit̄ cum ꝑdictis nō docet q̄ istaꝝ hȝ intellectū mioris in syllo negatiuo pͤ figure. ¶ Et dōȝ q̄ istaꝝ triū cōbinationū due pme ꝓpōnes ⁊ due scđe signant aliqđ negatiue sumi sub.b. ⁊ ita signat dispōnē pͤ figure minore existe negatiua.⁊ iō ipse inutiles sūt ad ꝯcludēdū in pͣ figura. duarū aūt vltimaꝝ ꝓpōnū ista.cui.b.iest illi nulli iest.a.nō significat nisi q̄.a.alicui.b.nō iest.⁊ ita hȝ itellectū pticularis negatiue q̄ nō ē maior in pͣ figura: reliq̄ āt.s.cui oi b.iest: illi nulli iest.a.hȝ itellectū vlis negatiue: q2 signat idē isti.a.nulli.b.iest.⁊ pōt eē maior i syllo negatiuo pͤ figure.istas āt duas ꝓpōnes q̄ꝝ altera syllat: ⁊ reliq̄ ad inuicē nō separat: nec de eis fac̄ mētionē: q2 nō itēdit remouere simplr̄ difficultatē q̄ accidit i reducēdo penes distributionē ⁊ sufficiēter remouet̄ difficltas q̄ ꝯtingit tā penes distributionē affir^tiuam q̄ȝ negatiuā p hͦ qđ dicit affirmatiuā: nec itēdit ēt determinare quot modis difficultas hͦ ꝯtingat in ꝓpōnib⁹: sȝ simplr̄ ei⁹ remotionē.

Non opȝ aūt arbitrari ꝓpter expōnē aliqđ accidere inconueniēs: non enī vtimur in eo q̄ aliqđ sit: sed quēadmodū geometer pedalem rectā hāc esse sine latitudine dicit: que nō est: sed non sic vtitur vt ex his syllogizans: oino enī qđ nō est vt totum ad partez: ⁊ aliud ad hoc: vt pars ad totum: ex nullo talium ostendit demōstrator. Neqȝ enim fit sylłs.expōne autē sic dicim⁹ vt sentiat qui discit.nō enī sic fit vt sine his nō possibile demōstrare quēadmodū ex quib⁹ sylłs.

Incidēs āt est iuxta ꝑdeterminata: q2 enī aliq̄n fit reductio in termios abstractos: cū tn̄ in syllo oporteat mltotiēs ꝯcretos.fit.n.reductio i termios cū aliq̄n oporteat sumere ꝓpōnes obliq̄.ex his fit ⁊ reductio i tres termios n̄ vlr suppos: cū.n.i syllo oporteat aliq̄ȝ sumi vlr: ne putet aliqs Ari.velle q̄ ex treis sic sūpsit syllare: remouet hͦ dicēs: q̄ fit expō p termios sic se hn̄tes: n̄ vt eis sic se hn̄tib⁹ fiat sylłs: sȝ vt ex eis g p hos itelligūt̄.n̄.n.fit tal expō nisi vt cogscat discēs q̄ g⁹ syllandū sit.⁊ hͦ ē sile ei qđ acc̄it i geometriel vbi supponit̄ aliq̄ mag^do eē pedal recta sine lati^te cū n̄ sit.nō.n. ē demr̄atio de illa magnitudine sȝ q2 talis ē: sȝ de illa q̄ p illaȝ itelligit̄.⁊ hͦ est (Nō āt opȝ nō lateat aliquos.)

NOn lateat aūt nos qm̄ in codeȝ syllo nō omnes ꝯclusiones per vnā eādeȝ figurā sunt: sȝ h̄ qdē per hanc illa vo per aliā. Palā ergo qm̄ ⁊ resolutiones in his faciende. Qm̄ aūt non ois ꝓpō in oi figura: sed in vnaquaq; disposite sunt: manifestum ex cōclusione in qua figura sit querēdū.

Postq̄ docuit quō opȝ reducere ī syllo vno ⁊ pncipali. h̄ docet idē circa syllm̄ non simplr vnū qui colligit̄ ex pncipali syllo ⁊ psyllis: ⁊ pcedit sic. p̄ dicit ꝙ ꝯnes eiusdē sylli aliqñ p diuersas figuras syllogiçant̄ sic pȝ in 2° mō tertie figure. vbi pncipalis ꝯ syllat̄ in 3°. minor aūt in p°. vel in 2°. Sed qm̄ sic sunt plures ꝯnes reducēda est qlibet ꝯ seorsum in suā figurā s̄ȝ arteȝ iam determinatā. ⁊ h̄ est (Nō lateat aūt nos.) 2° cōcludit ꝙ qr in vnaquaqȝ figura sunt ꝓprie ꝯnes syllate: ⁊ nō indifferenter oēs in oi. patere pōt ex ipsa ꝯne in quā figurā reduci dȝ. ⁊ h̄ est (Qm̄ aūt ois.) Opponit h̄ de eo qd̄ dicit in codē syllo plures esse ꝯnes cū h̄ appareat falsum eo ꝙ conclusio est medietas propositionis ⁊ aliter opponit̄ in istis modis sup h̄ ⁊ soluitur ad oia s̄m intellectū littere: qr loquitur de syllogismo nō simpliciter vno: sed collecto ex principali syllo ⁊ prosyllis.

AD diffinitiones aūt oronū quecūq; ad vnū sunt redarguētes eoꝝ qui sūt in termino ad quid redargutū est terminū ponēdū ⁊ nō totam orationē. minus enim contingit perturbari ꝓpter longitudinem: vt si aquā ostendit qm̄ humidus potus: potum ⁊ aquā terminos ponendum.

Postq̄ docuit quō reducēdū est in ostēsiuis vbi aliqd syllat̄ in se ⁊ imediate. h̄ docet̄ quō reducēdū est in illis vbi aliqd syllat̄ in alio ⁊ mediate dicēs. ꝙ si iterimēde sint diffōnes p aliq̄ pticulā cplitē in eis iterimēdā. vt si debeat iterimi h̄ diffinitio aq̄. aq̄ est pot⁹ hūidus. per iterrēptionē h⁹ pticule pot⁹ nō est ponere in reductione totā diffinitionē pro termino vno: sȝ aq̄ ⁊ pot⁹ ponēdi sunt termini. ⁊ rō est vt nō turbet̄ pp terminoꝝ pliritatē. ⁊ h̄ est (Ad diffōnes aūt.)

AMpli⁹ āt ex hypothesi syllos nō est tētandū reducere: nam nō est ex his q̄ posita sunt reducere: nō eni p syllos ostensi sunt sed per consensum cōcessionis: vt siquis ponat ꝙ vna quedā potestas nō sit cōtrarioꝝ neq; disciplinā vnā eē. deinde disputat: qm̄ non est vna ptās cōtrarioꝝ vt sanatiui ⁊ egrotatiui. Simul enim idē erit sanatiuū ⁊ egrotatiuū: qm̄ ergo nō est vna ꝯtrariorū oium potestas ostensum est. Sed qm̄ nō est disciplina vna nō ostensum: ꝙuis cōfiteri sit necesse: at nō ex syllo: sed ex cōditione: hoc igit̄ nō est reducere: qm̄ autē nec vna potestas est. Sic enim forsitan ⁊ fuit sylls, illud aūt cōditio: silr autē ⁊ in his que per impossibile cōcludunt̄: nā neq; hos resoluere: sed ad impossibile quidem deductione: syllo enī monstratur alterū non est: sed ex conditione aūt cōcluditur. Differunt āt a pdictis: qm̄ in illis quidē opȝ pri⁹ cōfiteri si debeāt accidere: vt si ondat̄ vna potestas ꝯtrarioꝝ ⁊ disciplinā eadē eē. hic aūt ⁊ nō prius cōfessi cōcedūt: eo ꝙ manifestū sit falsum: vt posito diametro simetro: eo ꝙ imparia equalia sint paribus.

Postq̄ docuit reducere in syllis ostēsiuis. h̄ intendit de reductiōe in syllis ad ipole ondēs ꝙ in illis īquātū ex hypothesi sunt nō est ponēda reductio ꝯueniēs sic. sylli ex hypothesi oēs nō sūt syllati ex pmissis: sȝ oēs ꝯcessi ad placitū: sed hō argumētatiōes nō sunt reducēde s̄m artē habitā in pcedētib⁹. ḡ syllos ex hypothesi nō est sic reducere. hui⁹ rōnis p° ponit ꝯnē. ⁊ h̄ est (Ampli⁹ āt.) 2° minorē. ⁊ h̄ est (nā nō ex his.) 3° ondit minorē iductiue ⁊ diuidit̄ in duas. in p° inducit in syllo ex hypothesi q est s̄m silitudinē: ⁊ qui est p ipole. in 2° cū dicit (Plures aūt in diuersi.) inductionē cōplet. p° hȝ pncipale ⁊ incidēs. in pncipali pmo hȝ iductionē in syllo ex hypothesi q est s̄m silitudinē h̄ mō si ꝯcedat̄. ꝙ si nō est vna ptās ꝯrioꝝ: nec vna disciplina erit ꝯrioꝝ: ⁊ postea syllat̄ ꝙ nō est vna ptās oium ꝯriorū sic. sanū ⁊ egrū sūt ꝯria. sani ⁊ egri nō est vna ptās. ḡ nō oiuȝ ꝯrioꝝ est vna ptās. mediū p qd̄ hec ꝯ nō ē vna ptās ꝯrioꝝ. syllata est ⁊ reduci pōt s̄m pdictā artē. h̄ āt nō est vna disciplina ꝯrioꝝ. syllata nō est: sȝ ex diuisione accepta. ⁊ h̄ iō nō reducit̄ vt sigs ponat. 2° iducit in syllo ex hypothesi q est per ipole dicens ꝙ sylls p ipole nō syllat̄ nec reducit̄. sylls aūt ad ipole syllat̄ ⁊ pōt reduci s̄m artē phabitā. differūt āt sylli ad ipole ⁊ sylli p ipole. pȝ ex pdictis. ⁊ h̄ est (Silr āt ⁊ in alijs.) sequit̄ incidens: qr enī ex iaȝ dictis pȝ ꝯueniētia iter syllm ex hypothesi q est s̄m silitudinē: ⁊ qui est p ipole ponit iuxta h̄ eoꝝ driaȝ dicēs: ꝙ sylls qui est s̄m silitudinē nō pōt ex hypothesi inferre ꝯnē pncipalē ꝓbatā nisi fiat pcōfessio: qr nō sequit̄. si nō est vna ptās ꝯrioꝝ. ḡ nec vna disciplina nisi facta pconfessione ꝙ hoc ostenso ostensuȝ sit alterū. sylls āt p ipole pōt ꝯcludere ꝯnē pncipalē nectio sine preconfessione. sequit̄ eniȝ per nām oppōnis ꝯdictorie: sed hoc est falsum manifeste. ḡ oppositū est veꝝ siue hoc ꝯfiteat̄ rñdēs siue nō. ⁊ h̄ est (Differt aūt a predictis.) Et nota ꝙ nō est oppō inter h̄ qd̄ h̄ dicit syllm per ipole nectio inferre sine precōfessione. ⁊ h̄ qd̄ dixit superius oēs syllos ex hypothesi ꝯcessos eē ad placitū: qr siue fiat preconfessio siue non: sed necessaria illatio ad conclusionem pncipalem semper manifestū est: qr illa ꝯcessa est ad placitū: qr nō est p syllm habita.

¶ Plures aūt ⁊ alij concludunt̄ ex conditione quos pspicere oportet ⁊ notare aperte. Que ergo horū differentie ⁊ quotiēs fiunt qui sunt ex hypothesi postea dicemus. Nūc aūt tm̄ sit nobis manifestū qm̄ nō est soluere in figuras huiusmodi syllos: ob quā cām diximus.

¶ Cōsequēter cōplet iductionē per quā ostēdit minorē dicēs: ꝙ plures sūt modi sylloꝝ ex hypothesi: q̄s opȝ pspicere ⁊ pnotare ad h̄ manifestādū ⁊ h̄ iā in aliqb⁹ eorū ostensum est. ⁊ hoc est (Plures āt ⁊ alij.) addit autē incidēter qd̄ iferi⁹ dicet̄: quot ⁊ que sint drie sylloꝝ ex hypothesi: nūc aūt tantūmō est intētio: qm̄ hō sylli inquātū sunt ex hypothesi nō resoluunt̄ in pdictas figuras. ⁊ dictū est pp qd̄. ⁊ h̄ est (Qm̄ ḡ hoꝝ drie.) ¶ Hic forte dubitabit̄ pmo de pcōfessiōe. querit̄ enim cū ad ꝯcludēdū ylē per pticulare oporteat vti pconfessione.

Quare

Quare silr ad interimēdū vle per pticulare. ¶ Et dōz φ h est: qꝛ destructio pticularis nečia destruit vlez sine ol pcōfessiōe: sꝫ pō pticularis nō de nečitate ponit vle.

Dubiuꝫ **Deinde** dubitaŧ de h φ nō vult syllos ex hypothesi posse reduci in syllm. Oē eni gen⁹ argumētationis in syllm reduci pōt: ꝛ sylls ex hypothesi est

2° aliqd gen⁹ argumētationis. ¶ Adhuc si dicā. oppositoꝝ nō est vna ptās. ḡ nec vna disciplina. ꝯstituiŧ enthimema ex trib⁹ termis. q̄re addita aliqua ꝑpōne fiet sylls. ¶ Si aūt dicat aliqs φ h veꝝ est: sed nō dꝫ addi ꝑpō ad ꝑpōnes ꝑexistētes. Cōtra. dicit Ar. in ꝑn⁹ h⁹ capli: φ

3° si desit aliq̄ ꝑpō addēda est: si supfluit aufērēda. ¶ Adhuc addatur maior sic. quoꝝcūqꝫ nō est vna ptās: nec vna disciplina. Sꝫ dicet aliqs φ nō est sylls: eo φ minoꝛ est negatiua in p^a figura. ¶ Sꝫ ꝯ. sumaŧ silitudo affirmatiue. quoꝝcūqꝫ est idē sensus ꝛ eadē disciplina. Oppositoꝝ est idē sensus. ḡ ꝛ eadē disciplina: ꝛ sic fit vnus sylls: ꝛ tñ fuit ex hypothesi. eodē mō est reducere syllos per ipose per additionē maioris. sic pꝫ: ꝛ etiā per alios.

4° ¶ Adhuc diŧ φ qꝛ nō sūt sylli ostēsiui nō est eos reducere. ¶ Sꝫ ꝯ. q̄to min⁹ syllati sūt cū nulla nečitas sit nisi a syllo tāto magis opꝫ eos reduci in syllꝫ vt appeat eoꝝ nečitas. ¶ Et sciēdū φ sylls duplex est. s. ostēsiuus ꝛ cathegoricus: cui⁹ nečitas est ꝑ dici de oi ꝛ de nullo: vl hypotheticꝰ cui⁹ nečitas magis est vel a pōne: vel a destructione ꝯtigentis: vel a nā oppōnis: vel alia hitudine hꝫ locali. de syllo ꝑ logŧ h Ar. ꝛ locut⁹ est ꝑ totū p^m hui⁹. de 2° aūt nō. Dōm ḡ φ sylli ex hypothesi pñt reduci i syllꝫ

Ad p^m hypotheticū: sꝫ nō i syllm simplicē ꝛ cathegoricū. ¶ Et dōz ad p^m φ oē gen⁹ argumētādi reduciŧ i syllm hūc vel illū sub disiūctione: sꝫ nō in syllm ostēsiuū cathegoricū

Ad 2^m de q̄ logŧ h: ꝛ ꝑ h pꝫ rñ° ad 2^m ꝛ 3^m, apposita eniꝫ maio

ꝛ 3^m re ꝑpōne nō est ꝯditionalꝛ: sꝫ sylls hypotheticꝰ inferŧ ꝑ

Ad 4^m hitudinē localē. s. a pōne añtis. ¶ Ad 4^m dōm φ nō sūt ostēsi ꝑ syllm. i. ꝑ vtutē sylli ostēsiui ad ꝯnem: ideo non reducunŧ in ipm: ꝛ h est qd itēdit: nihilomin⁹ tñ in illū syllm pñt reduci per vtutē cui⁹ ꝯcludūt. s. hypotheticū: sed ille nō reputaŧ h sylls: eo φ logŧ solū de ostēsiuo.

Dubiuꝫ **Cōsequēter** dubitabit aliqs. vbi Ar. determinabit modos sylloꝝ ex hypothesi: siŧ dicit se determinatuꝝ eē. ¶ Et dōm φ in 2° hui⁹ ꝛ in topicis. ¶ Sed tunc q̄riŧ. q̄re nō determinat in 2° huius de oi syllo ex hypothesi: vt de illo qui est s̄m silitudinē ꝛ qui est s̄m ꝑportionē ꝛ a maiori ꝛ a minori ꝛ a casib⁹ ꝛ huiusmodi. solū eni de illo ꝗ est ꝑ ipose ꝛ ꝗbusdā alijs paucis determiat. Et dōm φ in hac doctrina hēt determinare syllos ꝛ modos sylloꝝ qui cōiter nečitatē hñt: ꝛ cōmunes sūt ad oēm mām. Sylls aūt ad ipose ꝛ alij de ꝗb⁹ agit in 2° hui⁹. ꝑbatū eni ex nečitate ꝛ h in q̄cunqꝫ cā: sed sylls ex hypothesi qui est s̄m silitudinē ꝛ qui est a ꝑportione ꝛ a maiori ꝛ hꝫ oēs nō sunt vlr se hñtes ad oēm mām: sed ad ꝑbabilitatē tñ: solū eni ꝯcludūt ꝑbabilr ꝛ nō cū nečitate simplr. vñ talis sylls non est de vsu demōstratiuoꝝ: sꝫ tñ dialecticoꝝ: ꝛ ideo nō debuit de his in hac doctrina determinare: sed in topicis.



Necsiqꝫ aūt in pluribus figuris ꝯcludunŧ ꝑblemata si in altera syllogizatum est: est reducere syllm in alterā: vt eū qui in prima est priuatiuū in secūdam figurā. ꝛ eū qui est in media in primā: non ois aūt: sed quosdā erit aūt manifestum in sequētibus. Si eniꝫ. a. nulli. b. b. aūt oi. c. a. nulli. c. sit in prima figura. Si aūt ꝯuertaŧ priuatiua media erit. nā. b. a. qdeꝫ nulli. c. aūt oi inerit. Silr aūt ꝛ si nō vlis sed pticularis sit sylls: vt si. a. qdē nulli. b. b. aūt alicui. c. ꝯuersa eniꝫ priuatiua media erit figura. Hoꝝ autē sylloꝝ qui sunt in media figura: duo qdeꝫ vles reducunŧ in primā figuraꝫ: pticularium autē alius solus insit eniꝫ. a. b. qdem nulli. c. aūt oi: ꝯuersa enim priuatiua prima erit figura. nā. b. qdeꝫ nulli. a. a. aūt oi. c. inerat. Si aūt ꝑdicatiuuꝫ sit. a. b. priuatiuū. a. c. primus terminus ponendus est. c. hoc eniꝫ nulli inest. a. a. v̾o oi. b. quare nulli. c. ierit. b. ergo ꝛ. b. nulli. c. ꝯuertiŧ eni priuatiua. si aūt particularis sit sylls qñ priuatiuuꝫ qdem erat ad maiorē extremitatē resoluiŧ in primam figuram: vt si. a. nulli. b. inest. alicui aūt. c. inest a. ꝯuersa enim priuatiua prima erit figura. naꝫ b. qdem nulli. a. a. aūt alicui. c. Quādo v̾o predicatiuuꝫ nō resoluiŧ: vt si. a. qdem. b. omni. c. autem omni: non eniꝫ suscipit ꝯuersionem. a. b. neqꝫ cum sit erat syllogismus.

Postq̄ docuit reductionē orōnis syllande in figurā: h intēdit de reductione orōnis syllate in figura vna vsqꝫ ad figurā aliā ꝛ ꝑcedit sic. p° dat intētionē dicens: φ ꝑpō que syllari pōt in plurib⁹ figuris si fiat ei⁹ sylls in figura vna ipe pōt reduci in figurā aliā: ꝛ exēplificat quō itēdit, ꝛ pꝫ. ꝛ h est (Om aūt.) 2° ꝑsequtur istā reductionē: ꝛ diuidiŧ in tres. in p° reducit ꝑmā figurā in scdam ꝛ ecꝯ. in 2° ꝑmā in tertiā: ꝛ ecꝯ. (Rursuꝫ qui in tertia qdē.) in 3° scdaꝫ in 3^am ꝛ ecōuerso cū dicit (Hoꝝ aūt.) p° in duas. in p° reducit ꝑmā in scdam: ꝛ h q̄tum ad 2^m modū ꝛ 4.^m ꝑme qui negatiui sunt: qꝛ nō ꝯcludiŧ nisi negatiue in 2° figura: ꝛ fit ista reductio in vtroqꝫ per ꝯuersionē maioris: ꝛ h est (Si eni. a. nulli. b.) in 2° reducit scdam in ꝑmā. ꝛ ꝑ modos vles. 2° pticulares. ꝛ vlium primo reducit p^m modum per ꝯuersionē maioris: ꝛ h est (Eoꝝ aūt ꝛc.) 2° scdꝫ per ꝯuersionē minoris ꝛ transpositionem: ꝛ h est (Si aūt ꝑdicatum.) pticularium autē primo reducit 3^m modū per ꝯuersionem maioris: ꝛ h est (Si aūt pticularis.) 2° dicit 4.^m moduꝫ nō reduci: eo φ vlis affirmatiua nō conuertiŧ expedienter ad reductionē faciendā: eo φ si ꝯuertatur erit vtraqꝫ particularis ex quibus non fit sylls: ꝛ h est (Quādo v̾o ꝑdicatum.)

¶ Rursum qui in tertia qdē sunt figura non resoluenŧ oēs in primam. Qui aūt in prima non oēs in tertiā. insit eniꝫ. a. qdē omni. b. b. aūt alicui. c. ergo qꝛ ꝯuertiŧ particularis predicatiua ierit ꝛ. c. alicui. b. a. v̾o oi b. ierat: quare fit tertia figura: ꝛ si priuatiuus sit sylls. silr cōuertiŧ eni particularis ꝑdicatiua: quare. a. qdeꝫ nulli b. c. aūt alicui inerit. a. hoꝝ aūt sylloꝝ ꝗ sunt in postrema vnus tñ non resoluiŧ in pria qñ non vlr poniŧ priuatiua. Alij aūt oēs resoluuntur. Prediceŧ eni de omni. a. ꝛ. b. ergo conuertiŧ. c. ad vtrūqꝫ particulariter: inerit ergo. a. alicui b. quare erit prima figura. siqdem. a. omni. c. c. aūt alicui. b. ꝛ si. a. qdē omni. c. b. autem alicui

c.similis est ratio.ꝯuertit̃ enim.b.ad.c. Si aũt b.qdem omni.c.a.aũt alicui.c.primũ terminũ ponendũ.b.nam.b.omni.c.c.aũt alicui.a.q̃re b.alicui.a.qm̃ aũt conuertit̃ particularis.a.alicui.b.ierit. Et si priuatiuus sit syll's vniuersalibus terminis.similiter sumendũ:insit enim.b.omni.c.a.autẽ nulli.c.ergo alicui.b.inerit.c.a.aũt nulli.c.quare erit mediũ.c. Similiter aũt ꝛ si priuatiua qdem sit vlis.predicatiua aũt particularis.nam a qdem nulli.c.c.aũt alicui.b.inerit. Si aũt particularis sumat̃ priuatiua non erit resolutio:vt si.b.qdem omni.c.a.autẽ alicui.c.non inest:conuersa.b.c.vtreqꝫ erũt particulares. Manifestũ aũt qm̃ ad resoluẽdũ in se inuicem figuras que cũ minore extremitate est propositio conuertenda est in vtrisqꝫ figuris.hac enim conuersa cõmutatio fit.

